HIEROGLYPHICA
SYMBOLA

Ex abditiſſimis S. Scripturę arcanis eruta, & ſingulis diebus feſtis Aduentus, nec non Quadrageſimæ Euangelijs etiam ferialibus accōmodata.

Conceptuum Scripturalium, & doctrinalium varietate redundantia, & viua voce in PATRIARCHALI Venetiarum Italico ſermone pronuntiata.

AVCTORE
R. D. BARTHOLOMÆO DE RVBEIS VICENT. I.V.D.
Olim S. Theologiæ publico interpræte.

OPVS

Ex quo tanquam ex piſcium viuario, omnes boni Conceptus depromuntur.

QVADRVPLICI INDICE EXORNATVM.

DICATVM

ILLVSTRISS. ET REVER. DD. LEONARDO MOCENICO Cenetenſis Eccleſiæ Epiſcopo, Princ. vigilantiſs.



VERONÆ, Apud Angelum Tamum. 1613.
SVPERIORVM PERMISSV:

ILLVST.^{MO} ET REV.^{MO} D.D.

LEONARDO MOCENICO

CENETENSIS ECCLESIÆ EPISCOPO, PRINC. VIGILANTISSIMO.

BARTHOLOMÆVS DE RVBEIS Doct. Theol. vitam cum Christi gratiam diuturnam.



Ieroglyphica hæc Symbola *(Illustriss. ac sapientissime* Praesvl*) permultaq; alia à me Italico sermone, varijs in locis, dum Apostolico fungebar officio, proprio ore pronunciata, ac demum in* Patriarchali *Ecclesia* Venetiarvm, *per totũ Quadragesimale tempus, quinque ab hinc annis, nunquam intermissa, nunc in lucem prodeuntia, ob doctrinæ nouitatem, conceptiumq; scripturalium multiplicitatem, quonã egeant presidio, vt maleuolorũ inuidia frangatur, quilibet iudicare potest. Ad quod querendum, & mihi comparandũ, cogitationem cũ traduxissem, quo fultus, omnẽ reprehensionem refellere possem, meãq; tueri dignitatem; Tu vnus (* Leonarde *Illustriss.) occurristi, in quem ea omnia, quæ ad id præstandũ necessaria vidẽtur, cõueniunt; Etenim ijs bonis omissis quæ vulgo fortunę dicũtur, quibus valdè exuperas, nã de Illustriss.* Mocenica *familia, inter alias non fœcunda, originẽ ducis, maximisq; opibus florens,*

eas ad domesticum splendorẽ, & ad Ecclesiæ dignitatem conseruandam humanissimè, & liberalissimè confers; nec non silentio præteriens ea, quæ naturæ sunt, cum talis ingenij, atq; iudicij vis tibi tributa sit, vt quid in quaque re verum, ac probandum sit, nemo melius, aut acutius, quã tu, videre possit, & intelligere; de hisce rebus solum, quæ hominũ industria comparantur, sermonem habens, & in primis prudentia, doctrina, & nobilissimis moribus sic excellis, vt in eis, pares paucos, superiorẽ habeas neminem; quare tantũ abest, vt à maioribus tuis omni decore affluentibus ad te ornandum quidquam haurias, vt etiã in te sit, quod ad illos redundet, qui ijsce rebus abũdas, quibus homines hominibus antecellũt, quare magno es apud omnes, nomine, & gloria. In te igitur amplissimè ANTISTES, *cũ, & naturæ tuæ bonitas, & virtutis eximia præstãtia cernatur, sequitur, vt qui te norunt, summo te prosequantur amore, quorum in numero cum ita essem, vt nemini primum locũ concederẽ, tamen nõ est credibile quantum ad illam ipsam animi erga te mei voluntatẽ addiderit Illustriss. DD.* DIONISII CONTARENI *Patroni mei obsequẽtiss. prædicatio, cuius multi, et egregij de tua laude sermones me iam antea cõmotum impulerũt, vt opusculũ hoc tui amplissimi nominis inscriptione diuulgarem. Faxit Deus, quem toto cordis affectu deprecor, vt ea etiam in terris, assequi valeas præmia, quæ tibi iustissima debentur, tequè diù nobis incolumem, & felicem conseruet.*

Ad eundem Illustrissimum, & Reuerendiss. D. D.
LEONARDVM MOCENICVM,
Eiusdem Auctoris,

De duabus ROSIS, quæ in eius Insigne conspiciũtur, quarum fragrantia vbiquè redolet.

GEMINVM SYMBOLVM.

DE SVPERIORI ROSA.

ARGVMENTVM.

Omni scientiarum genere exornatus sapientissimus ANTISTES, sensum, rationi, hancquè DEO habens subiectam, ob id ad eum confugiunt omnes.

SYMBOLVM.

ROSA aperta suo proprio cespiti iuncta, & ad eam quamplures Apes circumuolant, vt eius liquorem delibent.

NOEMA.

CVNCTIS DESIDERABILIS.

DE INFERIORI ROSA.

ARGVMENTVM.

Improborum domitor acerrimus, æquissimus PRINCEPS, virtutis sectatores summo prosequitur amore.

SYMBOLVM.

ROSA, quam Apis ex vna parte degustat; ex altera verò, SCARABEVS *necatus conspicitur.*

NOEMA.

PRODEST, OBESTQVE.

PRIMVS INDEX.

Cuiuslibet Conciones Materiam, Symbolum, Noëma, & Thema continens.

IN FESTO S. ANDREÆ APOST.

MATERIA.

De Apoſtolica Prædicatione.

SYMBOLVM.

NVBES multicolores hinc inde à Vento agitatæ.

NOEMA.

VBI VVLT.

THEMA.

Qui ſunt iſti, qui vt NVBES volant? Iſai. 60.

DOMINICA PRIMA ADVENTVS.

De ſignis Iudicium particulare præcedentibus.

Homo Sagittam de Arcu emittere intendens.

VÆ ILLI.

Dediſti metuentibus te ſignificationem, vt fugiant à facie Arcu. Pſ. 59.

DOMINICA II. ADVENTVS.

De Tribulationibus, quas Iuſti in hac vita patiuntur.

OSTREA, quæ virtute Solis, Margarita eſt facta, in Conca latitat.

LAPILLVS LATET.

Non intrabit in EAM aliquid coinquinatum, aut abhominationem faciens, & mendacium. Apoc. 12.

IN FESTO CONCEPT. B. M. V.

De eius Immaculata Conceptione.

Hominis Brachium, in cuius manu Ramus eſt, pulcherrimis floribus, atque virentibus folijs onuſtus ab areſcta Arbore iam auulſus, à dextris & à ſiniſtris flante Vento.

HINC AVSTER, ILLINC AQVILO.

Antiqua ne Intueamini, ecce ego facio Noua. Iſai. 43.

DOMINICA III. ADVENTVS.

De Christi Præcursore.

Diluculi extremitates, à Solis radijs illustrata.

PROPE' EST.

Quasi Diluculum præparatus est egressus eius. Ose. 6.

IN FESTO S. THOMÆ APOST.

De Amore, quo Christvs peccatoris salutem inquirit.

Succinum Paleam attrahens.

VIRTVS EX ME.

In charitate perpetua dilexi te, ideò attraxi te, miserans tui. Ierem. 31.

DOMINICA IV. ADVENTVS.

De Pœnitentiæ virtute.

Sol oriens, Niues, quæ montium cacumen cooperiunt radijs suis attingens, eas euanescere facit.

CITO' DELABVNTVR.

Omnis malitia eorum defluet. Isai. 34.

IN DIE NAT. D. N. IESV CHRISTI.

De immensa Dei clementia erga hominem in Incarnationis mysterio manifestata.

LVNA, ex qua SOL oritur.

SOLA FIDE.

Ex Te enim ortus est Sol Iustitiæ Christus Deus noster. Eccles.

IN FESTO S. STEPHANI PROTOM.

De Inimicis diligendis.

Ingẽs Ignis, à maximis imbribus supra, & à fluminis ĩpetu infrà vexat

POTIVS AVGETVR.

Aquæ multæ non potuerunt extinguere Charitatem, neque Flumina obruent illam. Cant. 8.

IN FESTO S. IOANNIS APOST.

De varijs virtutibus Ioannis, sed potissimum de Amore.

VAS Auri, varijs preciosis lapillis exornatum, in cuius medio fulgentissimus Carbunculus refulget:

CVNCTIS SPLENDIDIOR.

Quasi Vas Auri solidum, ornatum omni lapide precioso. Eccl. 1.


IN FESTO SS. INNOCENTIVM.
De Martirij varietate, & præmio illi debito.
PALMA, in qua Regium Diadema conspicitur.
PRO VOLVNTATE, ACTVS.
Domine, vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. Psal. 5.

DOMINICA INFRA OCTAVAM NAT. DOMINI.
De CHRISTO signo, cui multi contradicunt.
Homo, qui Sagittam ad lapidem dirigens, repercussa, illum ferit.
NON DEEST VOLVNTAS.
Posuit me, quasi Signum ad Sagittam. Thren. 3.

PRIMVS INDICIS FINIS.

SECVNDVS INDEX.

Locorum Communium.



DE Apostolica Prædicatione. pag. 1
De signis Iudicium particulare præcedentis. 7
De Tribulationibus, quas Iusti patiũtur in hac vita. 13
De Immaculata Conceptione B.M.V. 20
De Christi Præcursore. 27
De Amore, quo Christus peccatoris salutem inquirit. 33
De Pœnitentiæ virtute. 41
De immensa Dei clementia erga hominem in Incarnationis mysterio manifestata. 48
De Inimicis diligendis. 56
De varijs virtutibus Ioannis, sed potissimum de Amore. 63
De Martirij varietate, & præmio illi debito. 70
De Christo signo, cui multi contradicunt. 75

SECVNDI INDICIS FINIS.

TERTIVS INDEX.

Authoritatum S. Scripturæ.

GENESIS.

1 Vidit Deus cuncta quę fecerat. fo. 21
Ib. Fecit Deus duo luminaria, &c. 48
Ib. Spiritus Domini ferebatur super aquas. 73
3 Inimicitias ponam inter te, & mulierem. 24
Ib. Et ipsa conteret caput tuũ. Ib.
40 Tres sunt dies post quos restituet, &c. 44
49 Salutare tuũ expect. Dñe. 29

EXODI.

8 Induratum est cor eius. 41

LEVITICI.

6 Ignis in altari meo ardebit. 56

DEVTER.

4 Deus nr̃ ignẽ consumẽs est. 56
33 Beniamin amantiss. Dñi. 64

I. REG.

2 Et non cecidit ex omnibus verbis eius in terram. 47

II. REG.

3 Manus tuæ ligatę nõ sunt. 25

III. REG.

6 Aedificauit domum de lapidibus dolatis. 67

IOB.

1 Nõne tu vallasti omnẽ sub. 74
3 Nõ requirat eã Deus desup. 10
4 Porrò ad me dictum est, etc. 65
5 Virũ stultũ interficit iracũd 60
35 Quis dedit Gallo intelligẽt. 30
41 Sub ipso erũt radijs Solis. 66

IOSVE.

22 Aedificauerunt altare infinitæ magnitudinis. 72

ESTER.

15 Noli metuere nõ morieris. 23

PSALMORVM.

1 Et erit tanquam lignum. 20
5 Domine, vt scuto bonæ vol. 73
19 Oculi eius in paupe. ẽ resp. 46
21 Ego sũ vermis, et nõ homo 67
Ib. Longe à salute mea verba delictorum meorum. 60
Ib. Factum est cor meum tanquã cera. 3
22 Virga tua, et baculus tuus. 58
27 Mei autẽ penè moti sũt ped. 14
Ib. Non est respectus in morte eorum. 15
Ib. In labore hominũ non sunt. 16
Ib. Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum. 17
31 Verũtamẽ ĩ diluuio aquarũ. 62
34 Fiant viæ illorũ tenebræ. 41
37 Retribuunt mala ꝑ bonis. 79
44 Sagittæ tuæ acutæ populi. 10
53 Veniat mors super illos. 18
58 Dentes eorum arma, et sag. 75
59 Dedisti metuẽtibus te sign. 11
67 Ibi Beniamin adolescẽtulus. 64

67 Deus noster, Deus saluos faciendi. fac. 35
68 Saluum me fac Deus, qm. 57
77 Mons Syon, quem dilex. 41
78 Et Thronus eius sicut S l 49
89 Quis nouit potestatem iræ tuæ. 11
Ib. Quoniam superueniet mansuetudo, & corripiemur. Ib.
101 Dñs de cœlo sancto suo. 54
117 Euersus sum vt caderem. 21
119 Cogitaui vias meas. 41
145 Beatus cuius Deus Iacob. 29

SAPIENT.

10 Transuexit illos per aquam nimiam. 57

PROVERB.

1 Fili si te lactauerint peccatores, &c. 40
8 Ludens in orbe terrarum. 7
Ib. Ab æterno ordinata sum. 22
Ib. Dominus possedit me. 50
31 Mulierem fortem quis. 25

CANTICORVM.

1 Aequitatui meo assimilaui. 23
Ib. Ecce tu pulchra es amica mea. 51
2 Introduxit me Rex in &c 67
4 Surge Aquilo, & veni Auster. 4
6 Pulchra vt Luna. 9
7 Venter tuus sicut aceruus tritici. 34
8 Aquæ multæ non potuerunt, &c. 62

ECCLES.

1 Quasi vas auri solidum. 68
7 In toto corde honora patrẽ 34
24 Quasi balsamum non mixtum, &c. 24

ISAIæ.

2 Et incuruauit se homo. 21
33 Aquæ eius fideles. 13
34 Omnis malitia eorum defluet. 47
44 Antiqua ne intueamini, ecce ego, &c. 26
45 Rorate cœli desuper. 14
53 Domine quis credidit auditui, &c. 53
55 Ecce ego ad gentes. 46
58 Quare ieiunauimus. 45
63 Torcular calcaui solus. 34

HIEREM.

1 Ab Aquilone pandetur omne malum. 26
Ib. Quid tu vides Hieremia? 57
11 Oliuam vberem pulchrã. 21
17 Perdix fouet, quæ non peperit. 40
Ib. Peccatum Iuda scriptũ est. 36
31 In charitate perpetua dilexi te. 39

THREN.

3 Posuit me quasi signum ad Sagittam. 78

EZECH.

11 Auferam cor lapideum. 80
17 Aquila grandis magnarum alarum. 65
18 In quacunque hora ingemuerit. 35
32 Solem nube tegam. 50
47 Et ecce aquæ redundãtes. Ib.

a Pro-

OSEÆ.

2 *Propter hoc ecce ego lactabo eam. fac.* 39
3 *Ecce ego sepiam viam.* 41
6 *Quasi diluculũ præparatus.* 30

ABACVC.

3 *Deus ab Austro veniet.* 26
Ib. *Ibi abscõdita est fortitudo.* 54
Ib. *Cum iratus fueris misericordiæ recordaberis.* 8

IOELIS.

2 *Scindite corda vestra.* 46

ZACHAR.

2 *Qui tangit vos tangit, etc.* 59
13 *Quæ sunt plagæ istæ.* 61

MATTH.

3 *Ecce nos reliquimus oĩa.* 2
Ib. *Paleasq; comburet ignis.* 34
6 *Ambulans Iesus iuxta mare Galileæ.* 2
8 *Video homines sicut Arbores.* 20
Ib. *Quis est hic quia veniet.* 35
29 *Vos qui sequuti estis me.* 9
Ib. *Amice ad quid venisti?* 61

LVCÆ.

1 *Quomodo fiet istud.* 53
Ib. *Ideoq; & quid nascetur.* 55
12 *Baptisma habeo baptizari.* 72

IOANNIS.

1 *Non erat ille lux.* 27
3 *Nisi quis renatus.* 73
14 *Ad eum veniemus.* 5
16 *Cum venerit paraclitus.* 34
Ib. *Cum autẽ pepererit filium.* 38

ROMANORVM.

5 *Per vnum hominẽ peccatũ.* 21
6 *Quis nos separabit a char.* 8
7 *Infelix homo quis me liber.* 74

I. CORINT.

19 *Fidelis Deus qui non patiet.* 57
Ib. *Petra autem erat Christus.* 79
15 *In nouissima tuba, in voce Archangeli.* 31

HEBREORVM.

10 *Horrendum est incidere.* 12

PHILIP.

1 *In nullo terreamini ab aduersarijs, etc.* 58
4 *Ego enim didici in quibus.* 4

GALAT.

6 *Ergo dum tempus habem.* 12

APOCAL.


1 *Ego Ioannes fui in spiritu.* 31
Ib. *Et clamabat voce magna.* 62
7 *Et palmæ in manibus eorũ.* 70
12 *Mulier amicta Sole.* 49

TERTII INDICIS FINIS.

QVARTVS INDEX.

Rerum Memorabilium.

A



ADAMAS vndè dicitur. pag. 36
Amor Dei erga peccatorem. 39
Amor Dei summus ad nos. 47
Amor debet esse reciprocus. 66
Amore Dei inebriatur Ioan. 67
Amoris efficacia quæ. 40
Amoris Dei præclarũ argumentũ. 46
Amoris proprietas. 64
Andreas velut nubes multicolor. 3
Andreas tanquam Arcus. ib.
Andreas Proconsulem arguit. 4
Andreas martyrium exoptauit. 5
Andreæ patientia. 4
Angeli nomine Diabolus intellig. 42
Anima à solo Christo potest liber. 35
Apostoli salutare consilium. 12
Apostolorum prædicatio fructuosa. 6
Aquæ fidei mystica innuunt. 52
Aquæ tribulationum Symbolum. 57
Aquilo Demonis nequitiã innuit. 26
Arbor dicitur homo, & quæ arbor. 20
Arcus quid, & vnde dicatur. 7
Auster Sancti symbolum est. 26
Auctor Ioann. Euang. alloquitur. 67
Amoris humilis præcatio. 79

B

BAnaniæ præclara facinora. 54
Baptismus triplex est. 71
Beniamin interpretatur. 65
Bernardus signa horribilia de Iudicio describit. 10
Bernardi exortatio. 44
Bonitatis nomine omnes creaturæ vocatæ sunt homine excepto. 21
Bonitatis nomen Deip. V. conuenit. 22
Bonum verum quid. 18
Brachio Dei opus fuit ad perdendum peccatum. 56

C

CArbunculus Amoris symbolũ. 66
Carbunculus quid sit, ib.
Cœlum Bea a Virg. dicitur. 55
Christus crucifixores vocat suos. 61
Christus cur Iudam vocat amicũ. ib.
Christus multiplex signum. 76
Christus cẽs ad pœnitentiã expect. 79
Christus Sagittarius cœlestis. 7
Christus iratus misericordiæ non obliuiscitur. 8
Christus veluti ros est. 14
Christus à peccato immunis. 23
Christus Sol illuminans. 27
Christus mysticum succinum. 34
Christus mysticus Eleazar. ib.
Christus solus potest liberare animã à peccato. 35
Christus admirationem affert. ib.
Christus in instanti iustificat. 37
Christus veluti materq; peperit fil 39
Christus cur peccatorem diligat. ib.
Christus cur in alieni præsepio nasci voluit. 46
Christus solus B. V. satisfacere pot. 50
Christus mysticus Bananias. 54
Christus Deus noster dicitur. 56
Christus persecutores suos inimicos non vocauit. 60
Christi desideriũ erga hoĩs salutẽ. 47
Christi desiderium nostræ salutis. 6
Christi elementia. 11
Christi Aduentus à multi prædict. 29
Christi passio valdè dolorosa. 34
Charitatis præconia. 64
Charitas Regina virtutum. ib.
Charitas sola remanet in patria. 68
Chrysost. peccatoris miseriã innuit. 12

Chry-

Chryfoftomi admiratio circa Herodem,& Io. Bapr. 14
Chryfoft. Dei mifericordiã manif. 3
Cor hominis vas effe dicitur. 65
Coronarum varia genera. 70
Cum omni fiducia ad Deũ acced. 47

D

DAuid admiratur de malorum exitu. pag. 15
Dauid triftatur, & cur. 17
Dauid Ioã. Eu. excellentiã prophe 64
Dauidis admiratio in quo confiftit. 15
Dauidis exẽplo pœnitẽtia facienda 44
Dauidis promiffio adimpletur. 55
Dei brachium aduerfus peccatum requirebatur. 36
Dei imperio cuncta obediunt ib.
Dei potẽtia infin in mundi creatio. ib.
Dei mifericordia à Chryf. manifeft. 38
Dei amor erga peccatorem. 39
Deus adiuuauit Mariã V. diluculo. 23
Deus cur Iacob dicitur. 29
Deus dicitur fimili mulieri pariẽti. 38
Deus quodammo dodolet pro peccatis noftris. ib.
Deus neminem cogit. 39
Deus quid operatur, vt fidelis pœn 42
Deus ignis dicitur. 56
Deus nõ cogit hominẽ ad peccatũ. 78
Diabolus peccatores perfequitur. 42
Dies pœnitentiæ qui. 44
Differentia inter teftimoniũ Io. B. & aliorum Prophetarum. 30
Dilectio fumma matris ad filium. 38
Diluculum quid fit. 27
Diuitiæ contemnendæ. 78

E

ELeazar myfticus Chriftus fuit 34.
Elpidij error circa fpem. 29
Euangelium dicitur fignum. 76
Exemplum de Aucupe fagittante. 11
Expofitio figuræ Ex de filijs Ifrael. 43
Expofitio verborum, *Ecce ego.* 47
Expofitio verborum, *Semel iuraui* 49
Expofitio verborũ, *Fidel s Deus qui.* 57
Expofitio verborum, *Quid inuides.* ib.
Expofitio verb. *Quia vobis donat...* 58
Expofitio verb. *Qui tangit vos* 59
Expofitio verb. *Longè à falute mea.* 60
Expofitio verb. *Clamauit clamore.* 62
Expofitio verb. *Domine vt fcuto.* 74

F

FIdeles Chrifto figno cõtradicũt. 76
Fidel aliqui in cibus cõtradic. 78
Fidelium inobedientia 79
Filius pars matris fuæ eft. 38
Fortitudo eximia Deiparæ V. 25

G

GAbriel cur ad Virg. miffus. 53
Gentiles Dijs eorum varia encomia dabant. 55
Gratia prima non poteft mæreri. 37
Gratiæ diuinæ effectus. 43
Græci, quomodo vocabant hominẽ 21

H

HOminis ftatus duplex à Ieremia defcriptus. 21
Hominis ingratitudo. 75
Hominis nequitia declaratur. 77
Homo arbor effe dicitur. 20
Homo arbor recta creatus eft ib.
arbor euerfa effectus. 21
quomodo à Græcis vocatus. ib.
terra eft, quam Deus afpexit. 55
peccator Sagittarius dictus. 75
Humilitas Ioannis Bapt. 32

I

IAcob fpem noftram confirmat. 28
Iacobi verba obfcura declarãt. 29
Iere. de. cribit duplicẽ hominẽ ftatũ. 21
Ignis, & eius qualitates. 56
Ignis amoris fymbolum. ib.
Ignis Deus eft. ib.
Improbi non patiuntur diũ. 15
Improborum profperitates Dauidis affligunt animum. 17
Incarnatum Verbum lux inuifib. 27
Incarnationis myfterium arduum. 53
Incarn. myfterium neq; ab Angelo perfectè cognitum. 53
Infidelitas oĩum pecc. damnabilior. 34
Infid. à qua cætera peccata emanãt. 35

Inimici

Inimici sunt diligendi. pag. 61
Innocentes coronantur. 71
Innocētes quo baptismo baptizati 72
Innocētibus palma, & corona debet 73
Io Bapt. puritate insignis. 10
lapilli conditiones habet. ib.
cur negauit se esse Prophetam.. 28
Vox est. 31
tanquam Messias habebatur. 32
viam penitentiæ docet. 43
veluti margarita. 14
sanctitas. ib.
laudes. 51
humilitas. ib.
Ioannis Euang. charitas. 64
cur à Deo dilectus. ib
habuit Deiparam in matrem. 65
sapientia. ib.
Aquila fuit. ib
Ira Dei pertimescenda. 11
Iudæorum admiratio 55
Iudicij particulari multa signa. 8
Iudic j furor qualis erit. 11
Iusti anima ortus est. 4
Iustificatio fit in instanti. 37
Iustus margaritæ similis. 74
Iustus non patitur verum malum. 18
Iustus veluti mons. 42
Iustus patiēter tribulationes sustin. 57
tribulatus oculorū Dei obiectū. 59
pupilla dicitur oculi Dei. ib.

L

LActare quid sit. 40
Luna luminare minus est. 48
Luna quando eclypsatur. ib.
dicitur Deipara Virg. ib.
perfecta dicitur Deipara Virgo. 49
mystica Solem peperit. ib.
supernaturaliter Solem generat. 51
Lunæ imperfectiones sub pedibus Mariæ sunt. 49
Lux inu fibilis erat Incr. Verbum. 27

M

MAli in morte nō conturbātur. 16
Malum verum quale est. 18
Mansuetudo mors vocatur. 11
Margarita vnde dicitur.
Maria Virg. Cœlum esse dicitur. 55
Maria V. ramus ab arbore auulsus. 22
inter puras creat. primū locū ten. ib.
Altare dici potest. ib.
per gratiam immunis à peccato. 23
adiuta est diluculo 24
victoriam de Diabolo retulit. ib.
mulier fortis. ib.
primogenita Redemptoris. 25
ramus mysticus est. 26
similis filio 51
speculum vitæ nostræ. 26
opus nouum à Deo creatum. ib.
Luna dicitur. 48
Lunæ imperf sub pedibus habet 49
Luna perfecta dicitur. ib.
Conceptio variæ opiniones, 23
fortitudo eximia. 25
Martyrij desiderium in Andrea. 4
Martyr quis dicatur. 72
Martyrium triplex. ib.
Martyrium datur multis de causis ib.
Matris ad filium summa dilectio. 38
Moysis verba de hominis perfect. 32
Mulieris parientis dolores intimi. 38
Mulieri pariēti Deus simili esse dr. ib.

N

NAtiuitatis nostræ dies exquiretur. pag. 11
Nomen bonitatis Deip. V. conuenit. 1
Noui unium quid sit. 48
Nox duplex. 32
Nubes naturalis obscura est. 51
Nubes quid sit, & vndè dicatur. 1
Nubis generatio. ib.
Nubes varij colores. 2
Nubis applicatio Andreæ conuen. ib.
Nubis proprietates Andr. conuen. 5

O

OCulū in manu habere quid sit. 58
Oculus in virgæ sūmitate qd. ib.
Opinio propria circa verba, *Ecce ego lactabo eam*. 39
Opinio eorum qui tenent Conceptionem Deiparæ. 23
Opinio

Opinio Pharisaeorum circa Christ. 36
Opin. aliquorũ circa Christi prom. 39
Opus Dei antiquum fuit Adam 26
Opus nouum a Deo creatum fuit Deipara V. ib.
Ostrea efficitur Margarita. 13
P
PAlea peccator dicitur. 34
Pa s matris filius dicitur. 38
Passio Christi valdè dolorosa. 35
Palma quid. 70
Patientiæ virtus in Andr. enituit. 4
Peccata nostra sunt in causa cur Deus quodammodo dolet. 38
Peccati detestatio, donum Dei. 46
Peccator non fruitur vero bono. 18
est tanquam corpus solidum. 41
inexcusabilis est 78
Peccatores placidè ex hac vita migr 16
Peccatoris volũtas in iustificatione. 36
Peccatum est voluntarium. 78
in lutto veluti nix euanescit. 42
Perdicis proprietas. 40
Pes mulieris virtu sus. 24
PotẽtiaDei infinita in mundi creat. 36
Potentia maior requiritur in peccatoris iustificatione. 32
Pœnitentia in anima esse debet. 46
duplex. 45
via ad Deum. 43
peccati necessaria. 44
exterior sola nihil prodest ad sal. 45
interior peccata delet. ib.
Pœnitentiæ dies qui. ib.
Philosophi cognouerũt Deum esse 52
cognouerunt immortalitatem. ib.
Præcursor Christi veluti diluculũ. 27
veritatis cultor. 28
se vocem esse fatetur. 31
Prædicatio Apostolorum fructuosa 6
Precatio humilis Auctoris. 80
Prima gratia non potest mereri. 37
Progressus triplex in qualibet via. 43
Q
QValitates Succini. 33
Quid per tres dies filiorum Israel intelligendum. 44
R
REmedium animæ nostræ propè est. 28
Reprobi in morte vix dolores sent. 16
S
SAlomonis ingenium sublime. 67
Sanctorum encomia. 5
Sardij proprietas lo Euãg. dicitur 68
Scelesti homines non despiciuntur in morte. 15
Scutum quid sit. 73
Scutum Dei protectiõ e innuit. ib.
Signum tripliciter accipitur. 76
Signum multiplex fuit Christus. 77
Signa in Sole, Luna, & Stellis, quomodo intelligantur. 8
Signa terroris in peccatore imp. 9
Signa Iudicij horribilia. 10
Sol cunctis rebus lucem dat. 38
Sol quomodo ex Luna nascitur. 50
Solis materialis effectus. 66
Sophoclis admiratio. 14
Speculum vitæ nostræ est B.V. 26
Spes de morte victoriam reportat. 29
Spes à Deo mundo data. 25
Spem nostram Iacob confirmat. ib.
Spiritus S. per Austrum intelligitur. 26
Succini qualitates. 33
Succinum vbi reperitur. ib.
Succinum quid. ib.
Statua a Romanis erecta. 53
Stephanus verus Christi sectator. 61
Stephani pietas. 62
Steph. cur clamore valido clamat ib.
T
THomas Christi diuinitatẽ humanitate coniunctã fatetur. 40
Tres lapilli condict. habuit io. B. 18
Tria admiratur Dauid. 15
Triplex progressus in qualibet via, 43
Tribulationum consolatio. 17
Tribulatio non excedit vires Tribulati. 57
Tribulatum confortat Apostolus. 58
Tribulatio donum Dei. 59
Tribulationes, Christi præmium. ib.
Tribulatũ est obiectũ oculorũ Dei. ib.

Varia

V

Varia encomia Deorum. 55
Vas cor hominis est. 61
Venti Christo obediunt. 35
Verbum Inc pollicetur. 49
Verba æterni Patris B.V.repetit. ib.
Verborum Angeli explicatio. 53
Verba Abacuc declaratur. 54
Via qua ad Deum reuertimur. 43
Viam pœnitentiæ Io.B docet. ib.
Visio quæ Incarnationis mysterium declarat. 52
Visio Isaiæ à Deo facta. 54
Virga Ieremiæ ex quo ligno. 57
Virga pœnæ symbolum est. 58
Voluntas peccatoris in Iustificatione requiritur. 36
Voluntas bona quid sit. 71
Vox Præcursor nominatur. 31
Vox tuba nuncupatur. Ib.

QVARTI INDICIS FINIS.

Candido Lectori.

PERMVLTOS (Christiane Lector) in hoc opusculo obrepsisse errores, tum ob meam absentiam, cùm ob Bibliopolæ festinationem, certus sum, quos, vt summopere exoptabam, expolire nequiui, quare, vt illos per te ipsum corrigas, te exoro; Interim dum eodem ordine Sanctuarium, nec non Dominicale in lucem dare intendo, quòd propediem me facturum, tibi polliceor, his læto animo (qnalia sint) fruere, Deumq;, ac Deiparam Virginem pro me precari digneris.



HIEROGLYPHICA SYMBOLA

Ex abditissimis S. Scripturæ arcanis eruta,

ET

Singulis diebus festis Aduentus accommodata,

AVCTORE

R. D. BARTHOLOMÆO DE RVBEIS I. V. D.

Olim S. Theologiæ publico Interprete. &c.

IN FESTO S. ANDREÆ APOST.

ARGVMENTVM.

De Apostolica prædicatione.

Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum. Mat. cap. IV.

SYMBOLVM.

NVBES multicolores, hinc indè à Vento agitatæ.

NOEMA.

VBI VVLT.

THEMA.

Qui sunt isti, qui, vt NVBES volant? Isai. LX.



NVBES vapor quidam humidus est, & densus in sublime elatus sic dicta, quòd Solem obnubat, & tegat; cuius generatio, ex terræ, aut ex mari vaporibus fit; Ex terra inquam generatur NVBES, quando Sol ipsius terræ humiditatem sursum eleuat; ex mari verò, quando maris partes vaporabiliores, virtute radiorum Solis in Nubes attrahuntur, quibus mediantibus omnis illa maris amaritudo, in

Symbolum pronunciatur. Nubes quid sit, & vnde dicta. Nubes generatio duplex est.

dulcedinem commutatur. Est etiam concaua Nubes, & ad modum spongiæ cauernosa, ac ob id cœlestium impressionum de facili receptiua: Verùm, licet è terra Nubes educatur, tamen propè eam non moratur, sed sursum eleuatur, quæ, cum ex quatuor elementis colores contrahat (vt Ven. Beda affirmat) ob id oculis nostris varijs coloribus, sese offert. Ex igne enim, colorem habet rubeum, ex aqua, ceruleum; ex aere hiacinthinum, & ex terra viridem, qui omnes in vnum congesti in Nube lucida, ex reflexione radiorum Solis, in formam Archus, conspiciuntur. Hæc inquam omnia de quolibet Christi Apostolo, ac potissimum de Beato Andrea dicenda esse, sibiquè non incongruè aptari posse [veluti mystica ipsius cœli Nubes] asserimus. Andreas enim, antequam de naui à Christo Iesu vocatus esset, tanquam terra erat, de qua Deuter. 31. sermo habitus est: *Audiat terra, verba oris mei*, cuius terrænorum affectiones, veluti terræ vapores erant, qui condensati, diuinæ gratiæ radios à Sole Christo emanantes, ne illius mentem illustrarent, impediebant. Verum enimuerò statim atquè in mari, vt pisces caperet constitutus esset B Andreas; *Ambulans Iesus iuxtà mare Galileæ*, (vt Euangelica lectio hodierna habet) cum illum vnà cum fratre piscantem vidisset Iesus, ab eo vocatus, nulla mora interposita; *Relictis retibus, & naui secutus est eum*, & tunc veluti Nubes quæ ex maris vaporibus genita est, virtute radiorum diuinæ gratiæ, quæ in illius corde [quod erat ceù mare feruens] illuxit, quare attractis vaporibus, sursumquè ad cœlestium meditationem eleuatis, omnis amaritudo, quæ in illo erat in mellifluam dulcedinem commutata est. Quare mystica Nubes effectus Andreas, & hæc cõcaua, terrenis spretis omnia reliquit, prout Petrus illius frater, & ipse tunc vocatus in persona omnium, dixit; *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te*, idest fecimus, quod iussisti, (vt D. Hierony. l. 3. in Mat. scriptum reliquit) quòd summæ perfectionis est, nã & Crates Philosophus (vt ibidem ipsemet Doctor scribit) & multi alij, diuitias contempserũt, nihilominus, nec Deum, neque

Nubes ex elementis varios contrahit colores.

Nubes applicatio ad B. Andream.

Solis mystici effectus erga B. Andream.

D. Hieron.

eius

eius pręcepta secuti sunt, quare proprium Apostolorum fuit, atque credentium, sequi Christum. Omnibus igitur relictis B. Andreas, vt Christum sequeretur, tanquam spongia ad cœli influxus recipiendos,) hoc est ad cœlestium gratiarum receptionem) valde idoneus extitit, & sic veluti Nubes sursum eleuata, ad Apostolicam dignitatem exaltatus Andreas, cœlo se approximauit. Quo quidem tempore, Nubes hæc mystica multicoloris, in hominum conspectu apparuit. Viridem colorem habuit aliquando gloriosus Apostolus; qui à terræ elemento trahitur, nam à cordis sui terra, virtute radiorum Solis Christi, virtutes generabantur, per quas Deo, & hominibus gratiosus reddebatur, vndè Eccles. 40. dictum, ei conuenire dicimus; *Gratiam, & speciem desiderabit oculus tuus, & super hoc virides sationes*; idest virtutes virentes ex ipsius cordis terra emanantes. Hiacenthinum colorem insuper B. Andream habuisse fatemur, qui ex aëris elemento trahitur, ob mentis suæ puritatem, qua de causa; *Dilexit Andream Dominus in odorem suauitatis*, vt Ecclesia canit. Ceruleo colore pariter ornatus fuit Apostolus, ex aquæ elemento attracto, qui pro populo sibi commisso, biduo pendens in Cruce per compassionem, liquidus effectus, illum docebat, quare Christi fidem prædicare nūquam intermittens, Psal. 21. verba dicere potuit; *Factum est cor meum tanquam cæra liquescens*. Demum colore rubeo fuit exornatas D. Andreas qui totus à diuini amoris igne inflammatus, ad locum martyrij adductus, cum Cruce vidisset, longè exclamare cępit; *O bona Crux diù desiderata sollicitè amata, sine intermissione quæsita, & aliquando cupienti animo pręparata, accipe me ab hominibus, & redde me magistro meo, vt per te me recipiat, qui per te me redemit*. Quem igneum colorem, ab illo traxit igne, de quo Deut. 4. dicitur. *Deus noster ignis consummens est*. Quare imminente potissimum passionis suæ tempore tanquam Nubes lucida ex reflexione radij solaris Christi, Archus cęlestis effectus B. Andreas ciuitati Achaiæ in signum federis inter Deum, & ipsum populum, eius intercessionibus mediantibus à Deo illi datus est,

Christum sequi per factorum est.

B. Andr. velut Nubes multicolor.

Eccl. 40.

Psal. 21.

Deut. 4.

B. Andreas tanquam Arcus cœlestis extitit.

quamuis, & Scythiam Europæ prius, (quæ prouincia ad Christi fidem disseminandam illi obtigerat) & Epirum, ac Thraciam postea peragrauit, ibiquè innumerabiles homines doctrina, ac miraculis, ad Christum conuertit, quare conueniens est NOEMA huic SYMBOLO præscriptum, quod est.

Noema declaratur.

VBI VVLT; ideſt Spiritus ſanctus ſpirare poteſt qui tanquam ventus, ſæpè ac ſæpius in ſacra ſcriptura nuncupatur, ſed potiſſimum Cant. 4. *Surge Aquilo, & veni Auſter, perfla hortum meum, & fluent aromata illius*, Per hunc hortum, cuiuslibet iuſti animam intelligere poſſumus, qui ſenſus ſuos ad ea, quæ mundi ſunt, clauſos habet, prout de B. Andrea legimus, qui à Chriſto vocatus; ſtatim *relicta rete, ac naui ſecutus eſt eum*. In cuius animæ horto herbæ virentes, & redolentes, ideſt virtutes, & ſanctæ meditationes, nec non diuinarum affectionum flores, ac bonorum operum fructus reperiebantur, ſed inter alia; ſingularis patientię virtus enitebat, magiſtri Chriſti verborum nō immemor, qui eum, & alios Apoſtolos dum alloqueretur, dixit; *In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras*. Luc. 21. Hac igitur eximia virtute B. Andreæ exornatus animus, dicere potuit; Spiritus ſancti ventus; VBI VVLT. SPIRET, & ego tanquam Nubes, quocumque voluerit, ibo. Nec Aquilonem ipſum pertimeſcā, de quo Ierem. 1. legitur *Ab Aquilone pandetur omne malum*, quod experientia comprobauit in ſua paſſione, quare Apoſtoli verba Philip. 4. dicere potuit, *Ego enim didici in quibus ſum ſufficiens eſſe ſcio & humiliari; ſcio & abundare. Vbiquè & in omnibus inſtitutus ſum; & ſatiari, & eſurire, & abundare, & penuriam pati omnia poſſum, in eo, qui me confortat*. Ideo *Surge Aquilo, perfla hortum meum*, ideſt experire, an eximia patientiæ virtus in me ſit; *& fluent aromata illius*; prout verbis & factis demonſtrauit Apoſtolus; verbis inquàm, nam ab Ægea Proconſule (quem prius prædicationi Euangelicæ reſiſtentem, liberrimè increpauerat) hortatus, vt ſibi conſules, an Dijs immolare vellet, nec ne; forti animo reſpondit ſe omnipoten-

Iuſti anima tanquam Hortus eſt.

Patientia virtus in B. Andrea refulſit.

Philip. 4.

B. Andreas Aegeum Proconſulem reprehendit.

nipotenti Deo qui vnus,& verus est, immolare velle; factis postea, qui cum peruenisset locum vbi Crux parata erat, exclamauit, & dixit; *O bona Crux diù desiderata, accipe me ab hominibus, & redde me magistro meo*, quare de illo, ac de cæteris Apostolis summa affectus admiratione Isaias, cap. 60. dixit, vt in assumpto THEMATE.

Martirij desiderium in B. Andrea.

QVI SVNT ISTI, QVI VT NVBES VOLANT? Nec inmeritò quidem hoc dicendi modo vsus est Propheta, cum dixit; QVI SVNT ISTI. etenim cum aliquem, aut in habitu, aut in moribus, seù propter eximias illius virtutes inter alios excellere cognoscimus, dicere solemus; Quis est iste? Sic ipsemet Isaias de Apostolis vaticinando, dixit; QVI SVNT ISTI? *Isti*, inquàm adeò in Christi fide firmati, *qui in carne viuentes plantauerunt Ecclesiam sanguine suo, Calicem Domini biberunt, & amici Dei facti sunt. Isti qui per fidem vicerunt Regna, operati sunt Iustitiam. Isti, quorum doctrina fulsit Ecclesia, vt Sol, & Luna. Isti, qui in omnem terram, & in fines orbis terræ verba eorum effuderunt. Isti, qui fortes in bello pugnauerunt cum antiquo serpente, & contemnentes iussa Principum, lauerunt stolas suas in sanguine Agni. Isti, demum, quos elegit Dominus in charitate non ficta, & dedit illis gloriam sempiternam? Qui sunt isti, qui vt Nubes volant?* Similitudo Apostolis vadè conueniens, (vt diximus) hæc est nam vt plurimum obscuræ sunt Nubes, adeo quod ipsimet Solis radij eas penetrare haud possunt, & ne ab oculis nostris videatur, sunt impedimento, iuxtà illud Ezech. 32. *Solem nube tegam*. Quis enim sub illa carnis Nube nigerrima Spiritus sancti dona, immò ipsummet Deum, verum Solem in eorum animo latitantem credidisset? tamē verum est, (prout ipsamet æterni Patris Increata sapientia Ioan. 14. testium reliquit, illis verbis. *Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus*. Sed quis mortalium vidit hoc? certè nullus inter homines, tamen sicuti Nubes in superiori parte à sole semper illustrata est, licet in inferiori ... ura ab oculis nostris conspiciatur; sic Apostoli omnes, & inter alios B. Andreas (tanquam Nubes, ab humanitatis, & patientiæ virtute

Thema explicatur.

Interrogatio, quæ admirationē insinuat

Sanctorum encomia.

Ezech. 32.

Nubis ... B. ... conuenientia.

obiectu-

obscurata) mundum contempsit, terrenisque spretis, carnem suam odio habuit, adeò quòd populum, qui eum de morte liberare conabatur, exorauit, ne se ad optatissimam martyrij coronam properantem impediret quare Cruci affixus, ad eũ migrauit, cuius morti similitudinem concupierat, & dum vixit, quasi Nubes, quæ continuo motu agitata est, hinc inde à Spiritus Sancti impulsu ductus, Christi fidem prædicare nunquam intermisit, prout etiam biduum viuus pendens in Cruce, præstitit quare secunda Nubes fuit B. ANDREAS, & quicquid de alijs ac ipso net, Magister Christus prædixerat, adimpletum est; cum dixit; *Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum*, vt in Euangelio.

Apostolorum prædicatio fructuosa.



DOMI-

DOMINICA PRIMA ADVENTVS.

ARGVMENTVM.

De signis Iudiciũ particulare prçcedẽtibus.

Erunt Signa in Sole, Luna, & Stellis, &c.
Luca XXI.

SYMBOLVM.

Homo, SAGITTAM de ARCV emittere intendens.

NOEMA.

VÆ ILLI.

THEMA.

Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie ARCVS. Psal. lix.



RCVS, instrumentum notum, ac omnibus manifestum est, à quo SAGITTÆ eiaculantur; ab arcendo sic dictus, eò quòd hostes arceat. Sagitta autem, quoddam genus teli est, quod Arcu emittitur. Homo verò, qui Sagittas ab Arcu emittit, Sagittarius nuncupatur, quod nomen etiam inter signa cœlestia numeratur. Mysticum Sagittarium cçlestem Incarnatum Verbum esse, non est cur dubitemus: Ipse enim hac potissimum de causa è cœlo venit, vt fidelium corda, amoris Sagittis vulneraret, *Ludens in orbe terrarum.* Prou 8. vel Choreas ducens in orbe terrarũ, (vt Philo Hebreus legit) *Et delitiæ meæ esse cum filijs hominum*, vndè septuaginta Interpraetes habent; Oscula mea cum filijs hominum, quæ amoris Sagittæ sunt. Quòd sanè Sagittarij officium adamussim præstitit Christus in ipsius Ecclesiæ exordio, prout à Regio Psalte psal. 44. vaticinatum erat, *Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent;* quare, quilibet Sanctorum dicere

Symbolum pronunciatur. Arcus quid, et vnde dictus. Sagitta quid. Christus est Sagittarius cœlestis. Prou 8. Philo Hebr. Sept. Interpr.

dicere poterat, cum ipsomet Psal. 37. *Sagittæ tuæ infixæ sunt mihi*, *Sagittæ* inquam quibus Sancti Martyres sauciati fuere, iuxtà Apost. Rom. 8. quare repetere poterat. *Quis ergo nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio; an gladius?* & paulo infrà subdit. *Certus sum enim, quia nequè mors, nequè vita, nequè Angeli, nequè Principatus, nequè virtutes, nequè instantia, nequè futura, nequè fortitudo, nequè altitudo, nequè profundum, nequè creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro*. Et ob id; *Ibant gaudentes à conspectu Concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati*. Verum tepefacto erga Deum amoris ardore, fidelium corda, saxis ipsis duriora facta sunt; At pijssimus animarum nostrarum Redemptor Christus, qui *Non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat*, salutis nostræ admodum cupidus dixit. *Auferam cor lapideum de carne eorum*, (iuxtà promissum per Ezech. 11 factum) *Et dabo eis cor carneum, vt in præceptis meis ambulent*; quæ omnia, ad Dei dilectionem reducuntur; *Quod est primum, & maximum mandatum*; Mat. 22. Quo ab ipsomet Christo, præstito, pauci adhuc sunt ij fideles, qui cor carneum ad amoris Sagittas recipiendas retinuerint; nam cum ad peccata denuò patranda conuersi sint, in eorum duritiam perseuerãtes, & peccatum peccato adijcientes, denuò saxeũ cor à Diabolo eis præstitum est, quare Sagittario huic cęlesti occasionem præbent, vt Arcu Amoris deposito, & iræ suæ Arcu arrepto, Sagitta mortis in eo posita, antequam illam in peccatoris cor emittat (Cum ei proprium sit misereri, & parcere. & vt Abac. 3. dixit: *Cum iratus fueris misericordiæ recordaberis*) minis, ac horribilibus portentis, terrorem ei incutit, vt resipiscat, & pro patratis delictis, dum huius lucis vsura fruitur, pęnitentiam agat, ei ad memoriam reuocando id, quod in nouissima vitæ suæ hora illi eueniet, dum *Erunt signa in Sole, Luna, & Stellis*. In Sole inquam, idest in Intellectu, qui tanquã Sol lucis suæ radijs cuncta illuminat, ob appropinquantis mali metum, nec nõ propter dolores intimos, quibus cruciabitur

Rom. 8.

Christi desiderium salutis nostræ.

Christus aduersus peccatorem iratus misericordiæ non obliuiscitur.

Iudicij particularis signa in Sole, idest in intellectu

ciabitur infirmus, obscurabitur; sicuti, *& in Luna signa erunt*; idest in voluntate, quæ veluti Luna de bono ad malũ, & è conuerso mutatur, quare ob prauam peccandi consuetudinem in malum, quasi confirmata, vix in illa extrema hora, ea quæ ad salutem necessaria sunt exquiret. *In Stellis* pariter, hoc est in inferioribus potentijs à radijs intellectus illustratis, doloris Signa, maximo horrore affluentia, apparebãt; dum sensus, visus luce; auditus sono; gustus cibo; odoratus odore; & tactus suo proprio priuabitur obiecto. Alia Signa insuper erunt tunc temporis, quæ homini maiorem incutient timorem, dum morti proximus erit, qui impœnitẽs factus, cum totius vitæ suæ curriculum in peccatis consumpserit: *Erunt Signa in Sole*, idest in Christo, qui Sol Iustitię ab Ecclesia nuncupatur; Is enim aduocati officio apud ęternum Patrem, dum peccator viuebat, perfuncto, tunc ab ipsomet Patre Deo Iudex viuorum, & mortuorum constitutus, in Iustitia peccatorem iudicabit, qui viuens illius misericordiam acceptare renuit. *Erunt Signa in Luna*, etiam, hoc est in Virgine Deipara, de qua Cant. 6. dicitur; *Pulchra, vt Luna*, & hæc sanè erant inusitata, quæ cum Mater gratię, & misericordiæ semper extiterit, de qua D. Bernardus ait; Aduocatã præmisit peregrinatio nostra, quæ tanquam Iudicis mater, & mater misericordiæ suppliciter, & efficaciter nostra negotia pertractauit; tunc temporis Iustitiæ mater erit, quatenus diuinæ filij sui iustitiæ, propriam subijciet volũtatem, quæ exigit, vt *Secundum mensuram delicti*, in peccatore impœnitẽte, *Sit & plagarum modus*. *Erunt Signa in Stellis* pariter, idest in Sanctis, qui tot, ac tantis precibus Deum iratum, millies placatum, & mitem reddiderunt, quoties homo dum vitam agebat peccabat, tunc & ipsi à Deo Iudices cõstituti, vt Mat. 19. legitur: *Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedem duodecim, iudicantes duodecim Tribus Israel*, eorum voluntatẽ, æquissimæ Iudicis cœlestis voluntati subiectam habentes, ad mortis æternæ pœnam, peccatori impœnitenti infligendam, per finalem sententiam à supremo Iudice pronunciandam, & ipsi astabunt, quare iuxtà Noëma huic Symbolo

Signa in Luna, idest in voluntate.

Signa in Stellis, idest in potentijs inferioribus.

Signa quæ peccatorem impœnitentem morientem terrebunt.

In Sole, idest in Christo.

In Luna idest in Virgine.

D. Bern. Mariam vocat Aduocatam.

In Stellis, idest in Sanctis.

aptatum, dicendum est.

Noema declaratur.

VÆ ILLI, adde, Peccatori, qui impœnitens moritur, nam à cęlesti SAGITTARIO, ideſt à Chriſto ęternæ damnationis SAGITTA eiaculabitur, quare horribilia Signa omni ex parte peccator videbit, quæ à D.Bern. tract. de inter domo c.38. his verbis deſcribũtur. *Vndiquè erũt tibi anguſtiæ; hinc erunt accuſantia peccata; indè terrens iuſtitia; ſubtus patens horrendum chaos Inferni; deſuper iratus Iudex; intus vrens conſcientia; foris ardens mundus.* Quæ omnia, & ſi de vniuerſali Iudicio dicta ſint, tamen non incongruè, etiam in particulari (vt diximus) dum peccatoris impęnitentis ſpiritus in agonia erit, meritò aptari poſſunt, & ab eo experientur, nam tunc temporis, non ſolum de malis operibus infęlix peccator, ſapientiſſimo Iudici, qui omnia nouit, omnimodam coactus erit reddere rationem, ſed de omni verbo otioſo, de tot, ac tantis omiſſionibus, ac de ipſiſmet cordis cogitationibus, ab eo die, quo ad rationis vſum peruenit, vſquè ad vltimũ vitæ ſuæ terminũ. Quid? immo, & de ipſiuſmet natiuitatis die, rigoroſum examen fiet; ita Iob 3. ipſummet æternum Iudicem, ne de illo natiuitatis ſuæ die rationẽ reddere teneretur, his verbis depræcabatur, *Non requirat eum Deus deſuper, & non illuſtretur lumine.* De natiuitatis die (vt doctores aſſerunt, illius ſermo erat) Ac ſi dicere voluiſſet. Per luminis defectum, faxit Deus, vt primus mei natalis dies, tenebris circumfuſus remaneret, tenebriſq; obtenebratus, ità vt quòd à nemine poſſet videri; Quod quidem dictum, non mediocrẽ Origeni attulit admirationem, dicens. Quid dicis, ò Beate Iob? ergo alios dies inquiret, vt de iſto dicas; *Non inquirat illum Dominus deſuper?* Vtiquè ait: Omnes dies ſęculi inquirentur, omnia tempora, & momenta, & meritò etiam de natiuitatis die in quo ab ipſo Deo multa homini fuerunt collata beneficia, quæ omnia ab ingrato homine obliuioni tradita fuere requiret Deus, quare, VÆ ILLI, ideſt peccatori impęnitenti, in mortis ſuæ puncto, nam *Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus deſolatorys*; à diuinæ iræ ſuæ Arcu emiſſæ, in illius corde erunt infixæ, quòd valdè pertimeſcendum

D.Bern. Iudicij ſigna horribilia deſcribit.

Natiuitatis dies à Chriſto Iudice exquiretur.

Iob. 3.

Iob. imprecatio.

Origenes.

ſcendum eſt, etenim vt Pſal.89. ait; *Quis nouit poteſtatem iræ tuæ; & præ timore tuo iram dinumerare?* &c. Simaci traslatio habet; Quis nouit vires furoris tui? Quem ſanè diuinum furorem aliqua ex parte, vt ipſemet Regius Pſaltes nobis manifeſtaret, in ſubſequenti verſu ſubdit. *Quoniam ſuperueniet manſuetudo, & corripiemur*, & alia littera habet; Quoniam tonſio eſt velox, & euolabimus. Hanc, quam David manſuetudinem vocat, ab interpretibus, Mors nuncupata eſt. Qua ſtante veritate, quis Philoſophi dictum ignorat dicentis, quòd; Mors eſt vltimum terribilium? vt vnusquiſquè certò ſciat, ipſam Mortem, reſpectu diuini furoris aduerſus peccatorē (qui impęnitens moritur) propriè, manſuetudinis nomen ei conuenire. Veluti ac ſi dicere voluiſſet Propheta, Quamuis Mors ſit vltimum terribilium, cuius memoria ſola tam amara eſt, vt Eccl 41. ſcriptum eſt; *O mors, quam amara eſt memoria tua*; nihilominus; ſi cum ira diuina comparetur Mors ipſa, manſuetudo potius dicenda eſt, quàm Mors. Verùm; antequā pijſſimus Deus, Mortis Sagitta peccatorem impęnitentem feriat, cum admonet, vt periculum euadat, quare propoſiti Thematis verba adamuſſim adimpleri, non eſt cur dubitemus, videlicet:

Pſal 89. *Ira Dei pertimeſcenda.* *Simac.* *Iudicis furor qui ſit.* *Manſuetudo Mors vocatur ab interpretibus.* *Mors ſi cū diuina ira comparatur manſuetudo eſt.*

Dediſti metuentibus te ſignificationem, (ſeu vexillum, vt D. Hieronymus legit) *vt fugiant* (ſeù, vt triumpharent, iuxtà Tigurinæ expoſitionem) *à facie ARCVS*. Nam Chriſtus hominem iam perditum ſaluare cupiens, permultis Signis illum terret, vt illis mediantibus, diuinā iram mortis ſuæ tempore tutus euadere valeat. Nec Aucupis more Sagittam à diuinæ irę ſuę Arcu emittit clementiſſimus ac myſticus Auceps Chriſtus, aduerſus impœnitentem peccatorem, quam prius in corde infixam ſentit infelix auis, priuſquam auribus rumorem percipiat; non ità ipſe, qui *Pius, & miſericors eſt, & diſſimulat peccata hominum*, propter pœnitentiam; ſed magno ſtrepitu, ac terroris Signis, peccatorem à vitiorum ſomno, antequam æternę mortis Sagittam in eum iaciat, excitare ſtudet; Quod ſi miſer impęnitens ab hac vita decedit, tunc quàm grauis ſit diuinę vltionis manus, experietur.

Chriſti clemētia. *Thema explicatur.* *Exemplum.*

D. Chryſ. peccatoris impœnitentiæ miſeriam innuit.

Quam ſanè miſeriam B. Chryſ. hom. 5. in c. 2. Epiſt. ad Rom. his verbis deplorabat, dicens. *Quid facturi ſumus, cũ Dñum offendemus, illiquè occurremus, qui omnium terribiliſſimũ eſt?* VÆ, inquam, ILLI, qui in illius manus incidet, vt Apoſt. Hebr. 10. alloquens, dixit: *Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis*. Nam tunc temporis, non dabit *Metuentibus ſe ſignificationem, vt fugiant à facie ARCVS*, ſed vix prolata mortis ſententia, illicò diuinæ iræ Sagittam in anima, per ęternam damnationem, ſentiet, & in nouiſſimo die, poſt vniuerſalem corporum Reſurrectionem, cuiuſlibet peccatoris corpus, propriæ animæ coniunctum, cum ſempiternis ardoribus in Inferno, vbi nulla eſt redemptio, in ęternum cruciabitur. Quare optimum eſt Apoſtoli conſilium ad Gal. 6.

Hebr. 10.

Apoſtoli conſilium ſalutare.

Ergo dum tempus habemus operemur bonum: nec *Signa in Sole*, ideſt in intellectu; vel *in Luna*, ſeù in voluntate; aut *in Stellis*, hoc eſt in inferioribus potentijs expectare debemus, quia tunc admodum difficilis erit noſtra conuerſio.

Hæc igitur Signa (de quibus in Euangelio) mente compræhendamus, vt Iudicium in Iuſtitia euitemus.



DOMI-

DOMINICA II. ADVENTVS.

ARGVMENTVM.

De Tribulationibus, quas Iusti in hac vita patiuntur.

Cum audisset Ioannes in vinculis opera Christi. Mat. 11.

SYMBOLVM.


OSTREA, quæ virtute SOLIS, MARGARITA est facta, in CONCA latitat.

NOEMA.

LAPILLVS LATET.

THEMA.

Non intrabit in EAM aliquid coinquinatum, aut abbominationem faciens, & mendacium. Apoc. xxii



STREAM ex aqueo humore, in CONCA marina, virtute SOLIS procreari, Naturales affirmant, quæ postmodũ ab ipsiusmet Solis radijs, cęterisq; Syderibus iugiter irrorata illã in prętiosam MARGARITAM conuersam conspicimus; vndè secundum D Isidorum, à mari, Margaritę vocãtur, quòd certo Anni tempore, & hyemis potissimum, ipsæ Conculę ad litus maris accedentes, se aperiunt, & rorem cœlestem intra viscera sua rapiunt, ex cuius coagulatione, Solis virtute accedente (vt diximus) generatur. Pro aqueo illo humore, quilibet homo fidelis potest intelligi, Isaia teste 33. *Aquæ eius, fideles sunt*; quemadmodum igitur aqueus ille humor, paulatim virtute Solis perficitur, ac tandem Margarita efficitur; ità cuiusl.bet Iusti anima, diuinę gratię radijs, supernaturalibus donis à Sole Christo iugiter irrorata, demum

Symbolum pronunciatur. Ostrea efficitur Margarita.

S. Isid. Margarita vndè dicatur.

Applicatio.

demum iocale pręciosum in anima factum in corpore (veluti in Conca) dum viuit, clauditur, quare; licet in exteriori ab omnibus ferè hominibus contemnetur, intus verò lapillum continet admodum præciosum. Quòd experientia comprobatur in Ioannis Baptistæ persona, qui veluti Conca, hędinis pellibus vestitus, ab Herode contemptus, ac in vinculis constrictus; pro nihilo habitus est, quem in matris suæ vtero commorantem, Deus sanctificauit, à quo postea egressus, vt rorem cœlestem intrà eius viscera magis, ac magis reciperet; *Antra deserti teneris sub annis* (vt Ecclesia de eo canit) petijt; *Vinum & siceram non bibit & omne immundum non manducauit*, ex matris suæ vtero egressus, Solem Christum, à quo omnem cęlestis gratiæ influxũ recepit, proprio demonstrans digito dicens; *Ecce Agnus Dei; ecce qui tollis pecca a mundi*, quem Isai. 45. roris nomine appellauerat, dicens; *Rorate cæli desuper, & nubes pluant Iustum*. Matutinus iste ros Christus, Margaritam hanc pulcherrimam, & omni candore fulgentem generauit, quæ in carceris Ostrea inclusa stabat. Factum summa admiratione dignũ, ait D. Chrys. super Mat. 2. Herodem vna ex parte considerans, qui vitiorum omniũ officina erat, suorumq; peccatorum miser seruus; tamẽ Regio Diademate coronatus erat, & liber, felix, ac beatus apparebat, ex altera verò Ioannem attendens, virtutum omnium exemplar, sanctitatis speculũ, qui licet Prophetarum vltimus esset, tamen cæteris dignitate maior, ac pręstantior extitit, is autem in carcere detentus, & in vinculis constrictus conspicitur. Quid intolerabilius (ait Sophocles) quàm impios homines fortunatè viuere, bonos verò aduersam fortunã expęriri? & vt Euripidis aliorumq; admirationem circa hoc silentio pertranseamus, ipsummet audiamus, qui secundum cor Dei inuentus est, qui & si de diuina prouidentia nunquã dubitasse, liberè fatemur tamẽ impiorum attendens prosperitatem, Iustorumq; considerans afflictionem, summa affectus admiratione Psal. 27. exclamauit, dicens; *Mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei; Quia zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns*. Cuius sanè admirationis causam con-

Iustus Margarita similis. Quæ de Margarita dicũtur Io. Bapt. conueniunt.

Io. Baptistæ sanctitas.

Christus veluti Ros est.

D. Chrys. admiratio circa Herodis, ac Io. Bapt. personã.

Sophocles admiratur de malorum prosperitate & bonorum miseria.

Dauidis circa idẽ admiratio non leuis. Psal. 22.

confestim assignat. *Non est respectus in morte eorum, & firmamentum in plaga eorum*. Quæ sanè verba aliquem perturbare possent, & dicere: De impiorum felicitate, dum in hoc mundo sunt, sermo meus non est, nec hac, qua fruuntur prosperitate est in causa, cur ego tãta sim affectus admiratione: nam Deus (qui nemini debetur) hũc diuitijs, & opibus abũdare facit, quia sic ei placet, alium verò inopia præssus, ea, quę ad victum necessaria, illi denegat. Cur ego obstupeam, hoc est; quòd diuites, & huius sæculi potentes, tot, ac tantis sceleribus perpetratis, dum viuebant, morti appropinquantes, diuinam super eos expectabam vltionẽ, sed & in hoc deceptus sum, quia; *Non est respectus in morte eorum, & firmamentũ in plaga eorum*. Tria inquàm sic dicere ante posset aliquis mẽtis meæ oculos, ne vndequaquè de diuina Dei prouidentia dubitarem, proponebam, quam erga homines peccatores habet, qui in hoc sęculo omnibus affluunt delitijs; hisce veluti tribus annulis cogitationis meæ manibus adhęrebam, ne in diffidentiæ foueam caderem, verùm enimuerò hæc tria adhuc fuerunt in causa, vt plus dubitarem. Quorum primũ, circa ipsam peccatorum mortem versatur, & quid, eorum morte imminente, sequatur. Existimabam, enim, propter peccatorũ multitudinem, quibus Deum (dum vitam degebant) offenderunt, diù in infirmitate permanere, ac varijs cruciari doloribus, sed vt Simacus legit, super verbis superius dictis; *Non est respectus, &c.* Non sunt ęgritudines morti eorum: non renum doloribus, aut graui febre affliguntur peccatores, sed paulatim vires, quæ in eis sunt euanescunt, adeò quòd, vix improbi mortis dolore sentiunt: Si mente reuoluo ea, quæ ab istis dum in hoc sæculo viuebant, circa Dei contemptum, patrata fuere, & dico, forsan tempore mortis, veluti bruta, ab omnibus contemnentur; adhuc me errare cognosco, quia (vt alia littera habet) Non despiciuntur in morte. Nã amici, & propinqui ei inseruiunt vsquè ad extremum spiritum, & illicò, męstitiæ signũ à tota Ciuitate non prætermittitur, quin appareat, ob illius scelestis amissionem; amplius, si ad memoriã reuoco, quòd dum illius improbi anima à suo corpore egre-

Dauidis admiratio quæ sit.

Tria faciunt cur Dauid dubitet.

De malorum exitu admiratur Dauid.

Simaci Interp.

Improbi nõ patiuntur longa infirmitates.

Alia littera Scelesti homines non despiciuntur in morte.

egredietur, tunc scelerum, quæ in vita commisit, pœnas luet; adeò quòd præteritis voluptatibus, eo tẽpore, dolores intimi æquales erunt; me in errorem esse fateor, quia vt Pagninus exponit; Non sunt vincula in morte eorum, ita quod absq; rumore, immò placidè, vitam cum morte commutant; Si mecum cogito, quòd imminente eorum morte, forsan contristabuntur, & hoc in pœnam delictorum suorũ debitam; Neq; hoc erit, nam, vt Caldea littera habet; Non terrentur, neque conturbantur propter diem mortis suæ: & quod peius est (vt D. Hieronymus interpretatur) non cogitant de morte, quare; mirum non est, si absq; aliqua animi afflictione vitã finiunt. Tandem; vbicunque mens mea circa talium exitum, se vertit, cognosco, nihil esse, quòd eis afflictionem, aut dolorem inferre possit, vt Aquila exponit; Nulli interueniunt cruciatus morti eorum. Quare dicere non vereor Dauidis verba, quòd; *Moti sunt pedes mei, penè effusi sunt gressus mei*. Sed quòd maiorem admirationem, circa diuinam prouidentiam, non Regio Psalti, sed mihi affert, dicere posset aliquis (& est alter annulus, cui cogitationis manib') ego adhęreo, & adhuc est in causa, vt magis, ac magis de Dei æquissima voluntate (quodammodo dubitem) modum attendens, quo Deus aliquando in hac vita aduersus eos, aliquas immittit tribulationes, quæ paruo temporis curriculo finiunt, adeoquòd ego quoque supradicta verba non immeritò pronũciare possum, dicens; *Non est firmamentum in plaga eorum*; etenim. Vix aduersa fortuna aduersus eos sęuire incipit, quòd illicò terminatur; si infirmantur, citò ad sanitatem sunt restituti; si aliquo modo affliguntur, statim consolantur; Quare si talium gloriam, breui duraturã existimo; Viuidum est robur eorum, littera Hebrea legit; Si mecum cogito, quòd innumeris fortunæ telis, hominis vita exposita est, & quæ velit, & quæ nolit ei expectanda esse; cognosco; quòd isti *In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur*, nec aduersitas vlla in eorum domibus consistere potest, sed (vt D. Basilius ait) secundo flumine res eorum feruntur, adeò quòd, vt verba Dauid dicere possum. *Prodijt quasi ex adipe*

iniquitas

Pagnini expositio.
Peccatores placidè ex hac vita migrant.

Cald littera.
Mali in morte non conturbantur.

Aquila interpret.
Reprobi in morte vix dolores sentiunt.

Peccatores impœnitentes in vita nihil parumvè tribulantur.

Dauidis dubitatio circa diuinam prouidentiam.
Littera Hebr.

D. Basil.

iniquitas eorum, vel (vt littera hebręa habet) Egrediuntur præ pinguedine oculi eorum, quare cogor dicere, quòd; *Mei autem moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei*; Demum, si mentis meæ manibus, tertio quoquè annulo adhęreo, hoc est circa voluptatum suarum complementum; hinc omnis diffidentiæ meæ nodus originem habet, nam, Peccatores, & ij, qui omni scelerum genere cumulati sunt; *Transierunt in affectum cordis*; quicquid volunt consequuntur, & eodem passu, horum cupiditas, & ipsummet opus, currunt non tantum circa ea, quæ possibilia sunt, sed (si ita loqui fas est) etiam circa impossibilia, vt Flaminius exponit supra citatum Dauidis dictum; Transierunt in picturas, & imaginationes cordis, prout Herodis exemplo veritas hæc comprobata est, *Ergo sine causa ego iustificaui cor meum*, (prout ipsemet Dauid dicebat) qui vix patrato delicto, statim à Deo punitus fuit, ipsomet testante, *Et castigatio mea in matutinis*. Sed huiusce rei causam demum, ipsemet Regius Psaltes, eam ignorare fatetur, dicens: Arcana hæc ab humano intellectu incompręhensibilia esse, & in pectore Dei seruata, nec vllo modo ab aliquo posse cognosci; *Existimabam, vt cognoscerem hoc* (subdit) *labor est ante me*. Quòd si ab eo sciscitari voluerimus; vsquequo hæc nobis erunt ignota? respondet. *Donec intrem in Sanctuarium Dei, & intelligã in nouissimis eorũ*. Tunc enim omnibus erit manifestum, cur Iusti in hoc mũdo tot, ac tantis opprimantur angustijs. prout peccatores omnibus fruuntur bonis. Interea consolamini (ait Dauid) ò vos omnes, qui in tot aduersis estis constituti, nã; *Velut somnum insurgentium Domine in ciuitate tua, imaginem eorum ad nihilũ rediges*. Quasi dicat. His, qui in hoc mundo fœlices extimãtur, eueniet id, quod dormientibus accidere solet; somniantur enim se in maxima consolatione esse, propter quam; mala, & pericula, quæ eis imminent, non pertimescunt, nec mortis diem, aut Inferni gehennam ad memoriam reuocant. Hoc idem de peccatoribus, qui fęlices in hoc sęculo habentur, euenire certum est, qui dum Mundi voluptatibus fruũtur, Dei offensam nõ cogitant, nec peccatum peccato se adij-

Alia littera.

Improbitrum voluptates Dauidis affligunt animum.

Flaminij expositio.

Dauid tristatur, & rationẽ reddit.

In nouissimo die cognoscetur, id quòd ipsemet Dauid ignorat modo.

Tribulationũ consolatio.

Simile.

Applicatio.

cere existimant, ac per consequens; quòd celeri cursu, versus Inferni foueam currunt, nam videntes, quòd hæc omnia more labentis aquæ prętereunt, & mortis tenebrosa mox eis superuenit, quare meritò dicere potuit Psalmus; *Imaginem eorum ad nihilum rediges*, vel (vt alia littera habet) Omne transijt, quasi visio nocturna, & ipsi ad æterna supplicia damnati sunt, quibus ipsius Dauidis imprecatio superuenit. Psal. 53. *Veniat mors super illos, & descendant in Infernum viuentes.* Mors inquam, scelestos homines, illis bonis priuat, quæ solo nomine bona dicenda sunt; nam vero bono non fruitur peccator, dum viuit, prout, nec Iustus, qui iugiter affligitur, verum malum sustinet; nam illud est verum bonum, quod nullo modo potest amitti, & sic, opes, dignitates, sanitas; & huius generis alia, cũ multis periculis sint exposita, & per mortem amittantur, vera bona non sunt dicenda, sicuti illud verum malum dicendum est, quòd hominem Dei gratia priuare potest, quare; neque tribulationes, neque persecutiones, neque infirmitates, aut similia hominem iustum Dei gratia priuare possunt, ac per consequens vera mala non sunt dicenda, immò hæc, & illis similia sunt in causa, cur magis, ac magis cum Deo Iustus vniatur. quòd Ioannis Baptistæ, & Herodis exemplo comprobatur. quare licet innocens ille ab hoc in vinculis detineretur, tamen non est difatendum, quòd Ioan. Baptista verum malum sustineret, sicuti nec Herodes, vero bono fruebatur. quare licet in carcere constitutus sit Ioannes, tamen de eo dicere possumus, vt NOEMA illo SYMBOLO applicatum habet:

Alia littera.

Psal 53.

Peccator non fruitur vero bono

Iustus non patitur verum malum

Verum bonum quid sit.

Verum malũ quid sit.

Applicatio.

LAPILLVS LATET. scilicet in illius carceris CONCVLA. LAPILLVS inquàm inestimabilis prætij, à matutino rore generatus erat Ioannes Baptista, nam in matris vtero adhuc existente ab omni peccati labe sanctificatus est, quare pulcher per mentis puritatem, in carne candidus per castitatem, & in opere clarus per sanctitatem mysticus iste Ioannis Baptistæ LAPILLVS extitit, cui illud Sapien. 4. dictum conuenire potest. O quam pulchra, & casta generatio cum clari-

Noema declaratur.

Tres pretiosi Lapilli conditiones habuit Io. Bapt.

claritate, & sunt tres illius pretiosi LAPILLI conditiones superius assignatæ, Quare mirum non est si de eo, vt in THEMATE dicere possumus.

Non intrabit in EAM, (scilicet in Ioannis Baptistæ animam) *aliquid coinquinatum, aut abbominationem faciens, & mendacium*. *Nihil coinquinatum*, inquàm, quia, vt Ecclesia in eius laudem in Hymno canit; *Ne leui saltem maculare vitam, Famine posses; Nec abbominationes faciens*, quia, vt ibidem legitur; *Non fuit vasti, Spatium per Orbis, Sanctior quisquam, Genitus Ioanne*. neque mendacium vllum in eo vnquam fuit, qui non solum *Arguebat Herodem propter Herodiadem, quam tulerat fratri suo Philippo vxorem*, qua de causa; *Rex incredulus misit ministros detestabiles, & amputari iussit caput Ioannis Baptistæ*; verum etiam interrogatus; An ipse esset Christus, aut Helias, aut Propheta; se non esse respondit, sed quid; *Vox erat clamantis in deserto*, vt in Euangelio.

Thema explicatur.

Puritate clarui erat Ioan. Bapt.

Sanctitate conspicuus.

Veritate insignis.



IN FESTO CONCEPT. B.M.V.

ARGVMENTVM.
De eius Immaculata Conceptione.

Cum iucunditate CONCEPTIONEM *B. M. celebremus. Ecclesia.*

SYMBOLVM.

Hominis brachium, in cuius manu RAMVS est, pulcherrimis floribus, atque virentibus folijs onustus, ab arefacta Arbore iam auulsus à dextris, & à sinistris flante vento.


NOEMA.

HINC AVSTER; ILLINC AQVILO.

THEMA.

ANTIQVA ne intueamini; ecce ego facio NOVA. Isai. xliij.

Symbolum pronuntiatur. Homo Arbor est.



OMINEM hunc meritò Arboris nomine gaudere, quæ ab ipsomet Deo in voluptatis paradiso recta plantata fuit, Philo Hebr. testatum reliquit his verbis. Plantator ille Deus optimus maximus, fecit hominem rectum,& collocauit eum in Paradiso voluptatis, quare; non solum respectu corporis (vt patet) sed etiam animæ, propter originalis iustitiæ donum, tanquam arbor recta dicebatur, nam caro spiritui, spiritus autem ipsimet Creatori, obediens erat: & in terra adeò fertili hæc arbor plantata erat, quòd vberrimos fructus ex se emittebat, de qua Psal. primo dixit; *Et erit tanquam lignum, quod plantatus est secus decursus aquarum, quòd fructum suum dabit in tempore suo;* quã Cecus à Christo illuminatus Mat. 8. dixit; *Video homines velut arbores ambulantes.*

Homo Arbor recta tum in corpore, tum in anima fuit creatus.

Verum

Verum enimuerò Dei præcepto contempto, illicò erectæ arboris nomen perdidit, & arbor euersa vocatus est homo; Quod sanè mysterium Regius Psal. ps. 117. illis verbis declarauit; *Euersus sum, vt caderem*, & Isai. 2. ait. *Et incuruauit se homo*, qua de causa, Greci hominem hunc, Antropos appellauere, & idem est, quòd Arbor euersa, quia homo in peccato constitutus (cæteris præter omissis proprietatibus) *Malos fructus facit*, vt Arbor euersa est, quòd si in gratia est, *Bonos fructus facit*. Huc duplicem iustitiæ originalis, & naturæ lapsæ statum, Ieremias 11. his verbis descripsit. *Oliuam vberem pulchram, fructiferam, speciosam vocauit Dominus nomen tuum*; hominem originali iustitia decoratum, considerans, qui tanquã Oliua, gratiæ diuinæ virorem semper habuisset, vndè cum Psal. 51. dicere potuisset; *Ego autem sicut Oliua fructifera in domo Domini*; sed paucis horis elapsis; *Ad vocem loquelæ grandis, exarsit ignis in ea, & combusta sunt frutteta eius*; nam ad vocem loquelę serpentis infernalis; Eua, & per eius preces, Adam, qui totius humani generis radix erat, nosquè omnes eius filij, veluti huiusce Arboris rami, ab iniquitatis igne, fuimus consumpti, nam; *Per vnum hominem introiuit peccatum in hunc mundum, & per peccatum mors; & ita in omnes, mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt*. Rom. 5. Atquè hinc est (ni fallor) cur mirabilium operum, quæ Deus patrauit, fidelissimus scriptor, omnibus, ac singulis (quamuis solo Creatoris vestigio signatis) bonitatis nomen præscripsit, hac mystica arbore excepta, quæ ad ipsius Dei Conditoris imaginem, & similitudinem plasmata erat; nam & de luce, & de cœlo, nec non de terra, de mari, de Sole, & Luna, de reptilibus, & de omni alia re creata, semper illius diei opus concludebat his verbis, dicens: *Vidit Deus quòd essent bona; Vidit Deus quòd esset bonum;* ac tandem potest rerum omnium creationem, dixit: *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona;* Verùm homine hoc & muliere plasmatis (quòd sanè manus Dei pręclarum opus fuit) quamuis in illo fęlicissimo statu, in quo creati fuere, bonitatis nomen eis conueniret, tamen nõ dixit

Homo per peccatum Arbor euersa efficitur

Græci quomodo vocabant hominem.

Hominis status duplex à Ierem describitur.

Primorum parentũ peccatũ quantũ damnum attulit.

Rom. 5.

Bonitatis nomine omnes creaturæ vocatæ sunt homino excepto.

Moy-

Moyses: *Vidit Deus quòd esset bonum*; quòd mysterio non vacat: nec ob id dicendum est, imperfectionem aliquam in creatura rationali hunc dicendi modum arguere, imò summam perfectionem, & dignitatem, etenim de qualibet alia creatura homine inferior, dixit Moyses: *Vidit Deus quòd essēt bona*, tùm, quia ab illa naturali bonitate, nunquam defecisset, tùm etiam, quoniam labentibus annis, nulla alia in suo genere perfectior creanda erat, atque hinc est quòd ab eorū infantia, illius bonitatis, secundum cuiuslibet naturæ capacitatem, nomen præscripsit: At homine plasmato, cū illum, præcepti sui contemptorem fore, præcaueret Deus, non omnem perfectionem, quæ homini dari poterat, illi contulit, nam RAMVM ab illa arbore, quippe qui ab æterno Brachij sui potentia abstulerat, cui, quicquid perfectionis, & dignitatis, quæ puræ creaturæ dari poterat, conferre debebat; hac inquam de causa, creatione hominis absoluta, non dixit; *Vidit Deus quòd essent bona.* Hæc igitur laus Deiparæ Virgini, quæ iam ab æterno Dei mater electa erat, conueniebat, quæ per Salomonem Prou 8. dixit; *Ab æterno ordinata sum*, & vt littera Hebręa habet; Principatum habui in vexilliferū tuorum operum, nam inter puras rationales creaturas, ipsa, in Dei operibus primum obtinet locum, quare circa huiusce eximij operis constructionem, non septem annorū temporis, vt de templo à Salomone erecto, magna hominum multitudo, multos annos insudauit sed antequam terra fieret, immò ab æterno, circa hoc Spiritus Sancti templum ipsiusmet Dei sapientia de illo cogitabat, quomodo illud suo tempore gratijs exornaret, quare in eo Altare eximiæ magnitudinis erectum fuit; hoc est ipsi Deiparæ Virgini tanta gratia ab ipsomet Deo collata est, vt Incarnati Verbi vera mater esset; quòd infinitam quandam dignitatem innuit; Altare inquam illud, de quo Iosue 22 sermo est; *Ædificauerunt Altare infinitæ magnitudinis* (quòd hodierni mysterij typus est pręclarus; nam filij Ruben, & filij Gad, & dimidia Tribus Manasse, cum à filijs Israel abijssent, & Altare iuxta Iordanem ædificassent, missi fuerūt certi nuncij, qui de eis valde quęsti sunt,

Perfectionem arguit Moysis sermo circa hominem.

B Virgo Ramus est a Dei manū ab Ada arbore auulsus antequam peccaret.

Bonitatis nomen Deiparæ Virgini conueniebat

Prou. 8

Lit. Hebr.

Deiparæ Virg. inter puras creaturas primū locum habet.

Deiparæ Virg. anima Altare dici potest.

Iosue. 22.

ſunt, eò quod ædificato altari, præter Altare Domini Dei, ab eis receſſiſſent, quare, vt tranſirent ad terram, in qua tabernaculum Dei erat, & inter eos habitarent, hortati fuere, qui reſpondentes, dixerunt; *Abſit à nobis ſcelus, vt recedamus à Domino, & eius veſtigia relinquamus. Extruamus nobis altare non in holocauſta, nequè ad victimas offerendas, ſed in teſtimonium inter nos, & vos, vt ſeruiamus Domino, Quibus auditis Phinees Sacerdos, & Princeps legationis Iſrael, qui erant cum eo, placati ſunt, & verba filiorum Ruben, & Gad, & dimidiæ Tribus Manaſſe, libentiſſimè ſuſceperunt.* Quare ſtatutum eſt, vt tam citrà, quam vltrà Iordanem, & in omni loco; Deus eſſet adorandus. Hæc eadem controuerſia de myſtico altari, ideſt de immaculata Virgine, inter duas ſcolas repetitur. Ego citrà Iordanem ſtare volo, Deumquè in Deiparę Virginis immaculata Conceptioni venerari intendo, & cū Eccleſiæ authoritate, quæ à Spiritu S. edocta eſt, dico, *Cum iucunditate Conceptionem Beatæ Mariæ celebremus.* Æquū enim erat, quod Deipara Virgo per gratiam obtineret id, quòd per naturam Chriſto debetur; cuius vera mater erat; ſic in lege cautum eſt l. Princeps ff. de leg. Princeps, legibus ſubditus non eſt, Auguſta autem, & ſi ſit ſubdita, tamen Princeps eadem priuilegia ei concedit, quæ ipſe habet. *Princeps Regum terræ*, Chriſtus eſt, vt Apoc. 1. habetur, Imperatrix Auguſta Beata Virgo eſt, quæ *Domina mundi* in hymno vocatur; ſicuti ergo Chriſtus Princeps, originalem culpam contrahere minimè potuit, quia ſine virili ſemine conceptus eſt de Spiritu Sancto; ſic Deipara Virgo; licet iuxtà commune decretum originali culpæ, & ipſa pariter eſſet obnoxia, tamen Chriſtus, vt Deus eadem ferè priuilegia ei conceſſit, quæ ipſemet, humanitate aſſumpta, habuit; quare propriè verba, quæ Eſter 15. leguntur ipſi conueniunt; *Noli metuere, nam morieris, non enim pro te, ſed pro omnibus hæc lex conſtituta eſt.* Atque hinc eſt, quod dum eam alloqueretur Chriſtus dixit Cant primo: *Æquitatui meo aſſimilaui te amica mea.* Vnde lectio Græca habet, Equo meo, & Hebrea legit, Equæ meę, ideſt meę humanitati,

Controuerſia circa Deipara V. conceptione.

Opinio eorum qui affirmant B Virg. ſine orig. culpa fuiſſe conceptam. Auctoris opin.

l Princ. ff. de leg.

Chriſtus per naturā, Virgo per gratiam immunis a peccato origin.

Eſt. 15.

Cant primo.

Græc. lectio, & Hebrea.

quæ

quæ abſque originali culpa fuit, nam vt Iſai. 31. dixit; *Equi eorum caro*; ideò dicere potuit, illud Eccl. 24. *Quaſi balſamum non mixtum, odor meus*. Decebat quippe (ait D. Anſelmus) vt Virgo Beata ea puritate niteret, qua ſub Deo maior nequit intelligi, quòd ſi originali culpa maculata fuiſſet, ac poſtmodum ſanctificata, quomodo maiori puritate niteret, qua ſub Deo nequit intelligi? nonne & alij quamplures in matris vtero ſanctificata fuere? Angeli ſub Deo ſunt, & tamen originali culpa non fuerunt maculati, ergo à fortiori Maria, quæ Dei mater erat electa, quare de illa dicitur; *Adiuuabit eam Deus manè diluculo*, ait Pſal 54. Omnibus, ac ſingulis Deus præſto eſt, eiſquè auxilium præbet, quoties opus eſt. De mane Ieremias, Dei auxilium expertus eſt, ſic Ioannes Baptiſta, & nonnulli alij, qui in matris vtero antequam Solis materialis radijs illuminarentur, à Sole diuinæ gratiæ illuſtrati fuere, tamen, iam inimicus vexillum in eorũ cordibus, per culpam poſuerat, iam ab eis contractam, at Deipara Virgo; *Manè diluculo* Dei auxilium efficax ſentit, quæ iam ab æterno Dei mater prælecta erat, quare nec per aliquid temporis momentum, Deipara Virgo ſub Serpentis infernalis ditione extitit, quæ aduerſus eum præclaram victoriam, etiam in ipſius Conceptione retulit, iuxtà Dei cõminationem Serpenti factam Gen. 3. *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, ſemen tuum, & ſemen illius; Ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius*. Super hunc locum Rupertus Abb. vnum notatu dignum obſeruat, & eſt, quòd talem, ac tantam virtutem Deus cuiuslibet mulieris pedibus, impreſſit, quòd ſi dextero, ſiniſtro-è pede, etiam leuiter ſerpentis caput conterat, illicò ſerpens moritur, quòd non euenit ſi ligno, lapide, aut enſe, ſerpentem quis in fruſtra incidat, nam per aliquod temporis ſpatium viuit. Ex quo colligere nobis licet præclaram victoriam, quam Deipara Virgo aduerſus ſerpentem infernalem conſequuta eſt, ab ipſomet Deo per ſpeciale priuilegium ei conceſſam, vnde ait; *Ipſa* (ideſt mulier) *conteret caput tuum*, Mulier inquam illa, de Prou. 31. Sapiens dixit; *Mulierem fortem quis inueniet*

D. Anſel.

Pſal 54.

Deus Deiparã V. adiuuauit diluculo.

Deipara Virg. victoriam de Diabolo reportauit.

Gen 3.

Rup. Abb.

De mulieris pede mirum.

Deipara Virg. fortis eſt, quã Salomon requirebat.

Prouul,

Procul, & de vltimis finibus pretium eius; Fortem, inquam, quæ nunquam à Serpente infernali fuit superata, nunquã in anima infirma, nec mortua. *Fortem* quia, vt 2. Reg 3. *Manus tuæ ligatæ non sunt, & pedes tui non sunt compedibus aggrauati* (& hæ sunt fortis conditiones) *Fortem* demum, quia illum superauit, de quo scriptũ est Iob. 41. *Non est potestas super terram, quæ comparetur ei*. nunquàm Diabolus Regni peccati coronam in ea ponere ausus est, quæ per gratiã à Deo potentiæ suæ brachio, vt ipsa cecinit; *Fecit potentiam in brachio suo*, liberata erat. *Procul, & de vltimis finibus prætium eius;* Nos enim, non de longè, pro originali culpa curanda, quàm à primis nostris parentibus contraximus, remedium querendum est, nam propè est, in ecclesia, immò, & vbiquè, paululum aquæ naturalis (quæ Sacramenti Baptismi materia est) & verba (quæ sunt illius forma) hominem de dęmonis potestatem liberãt, ac volens Deus vnigeniti filij sui matrem (vt æquum erat) speciali priuilegio honorare, non solum de longè, pro eius redemptione pretium quæsitum est, sed *De vltimis finibus terræ*, imò & de cęlo, nam primi fructus passionis Agni filij sui, *Qui occisus erat ab origine mundi*, pro matris suæ redemptione fuere collecti, qua de causa D. Bernardinus Senen. ser. 51. c. 3. Primogenitam Redemptoris illã vocauit, post lapsum Redemptio, omnibus cõmunis fuit, sed ante lapsum, soli Deiparę conuenit; Concludo, & dico, quòd si Iudęi (vt 1. Mach. 4. legitur) Altare illud holocaustũ iam à gentibus prophanatum, quia super eo, Deos posuerant, demoliti sunt; *Et ædificauerunt altare nouum, secundum illud, quod fuit prius; quare renouatum est in canticis, & citharis, & benedixerunt Deum*; Ergo hoc altare tàm eximię magnitudinis, in quo Agnus Dei, qui pro totius mũdi redemptione erat immolandus, per nouem menses cõmorari deberet conueniẽs erat, vt à Beelphegor prius maculatũ esset? nequaquã; *Et incidit illi consilium bonum* (sic sacer textus de Iuda loquitur) *vt destrueret illud, ne fortè illis esset in opprobrium, quia contaminauerunt illud gentes, & demoliti sunt illud, & ædificauerunt altare nouum*, quare; & ego citrà Iordanem, Deum in matre

Deipara Virg. fortitudo eximia.

Remedium animæ nostræ propè est. in Ecclesia.

Remedium pro Deipara Virg. de longè.

Deipara Virg. Primogenita Redemptoris vocatur.

Argumentum à minoris ad maius.

1. Machab. 4.

adorans,& glorificans,cũ Eccl. dico, *Cum iucunditate, Conceptionem B. Mariæ celebremus*; Ipsa .n. RAMVS est,diuinæ potentiæ virtute,quæ per Brachiũ ab ipsamet in eius Cantico (vt diximus)significata est,dicẽs; *Fecit potẽtiã in Brachio suo*, ab arbore Adæ(iam per iniquitatis ignem combusta) Ab initio, & ante sęcula auulsa, quare; Noëma huic Symbolo aptatum, conueniens est, videlicet.

Deipara Virg. Ramus est mysticus.

HINC AVSTER, ILLINC AQVILO ,ideſt Auſter Spiritus S. na vt Ab.c.3.habetur, *Deus ab Austro veniet*, in hoc mystico Ramo per gratiam,ab Arbore mortua auulso in eius Conceptione insufflauit,quare; bonarũ cogitationum flores, humiliũ verborũ folia,& sanctorũ operũ fructus postea emanarunt,dum in hoc sęculo cõmorata est Deipara Virgo,vnde meritò à D.Ambr lib.de Virg. eius vita, velut speculũ nobis, ad imitãdũ proponitur. De qua velut speculo(sic ait)refulget species castitatis,& forma virtutis. Sicuti ILLINC AQVILO (quòd Dęmonis nequitiam significat)in hũmani generis Arbore exufflauit,nam vt Ierem. 1. *Ab Aquilone pandetur omne malum* Quare iuxtà assumptum Thema; nos Deiparæ Virginis deuotos,alloquendo Deus,dicit.

Noema declaratur Auster Spiritus S symbolum.

D.Amb nobis Deipara Virg. vitam veluti speculum proponit.

Aquilo Dæmonis nequitiam innuit.

ANTIQVA ne intueamini; ecce ego facio NOVA. ANTIQVA hæc,primi nostri parẽtes sũt,qui iã in ipso mũdi exordio creati fuere,illos inquã *Ne intueamini*, qui iã peccauerũt, & sub Dęmonis potestate,vnà cũ omnibus eorũ filijs fuerũt cõstituti; *Ecce ego facio Noua*, quòd si ab Isaia inquiramus, quęnã hæc Noua sint,Ieremię responsionẽ hãc relinquit,qui cap. 31.ait; *Nouũ creauit Dominus super terrã*. Dñus inquã, q dicit; *An nõ licet mihi quod volo facere? super terrã* (subdit) nã in terra,animas ratione præditas,quotidiè creat Dñus,sed opera Antiqua hæc sunt; at Nouũ hoc, quod creauit Dñus, nẽpè Deip. Virg. anima,ab omni peccati labe prorsus aliena, neq; in hac terra morientiũ, neq; in illa viuentiũ simile opus inueniri potest, ob eius in anima nouitatẽ, quia ab originali culpa aliena erat,quæ virũ circũdare debebat,vt ibi legitur; *Fæmina circundabit virũ*,sed quæ maior nouitas hac inueniri potest? idcò *Cum iucunditate Conceptionem B.M.celebremus* vt ipsa pro nobis intercedat ad Dominum.

Thema explicatur.

Primi parẽtes opus Dei antiquũ dicuntur.

Deipara V est quid Nouũ à Deo creatum.

DOM

DOMINICA III. ADVENTVS.

ARGVMENTVM.
De CHRISTI Præcursore.

Confessus est, & non negauit, & cet.
Ioann. Primo.

SYMBOLVM.
DILVCVLI extremitates, à SOLIS Radijs illustratæ.

NOEMA.
PROPE' EST.

THEMA.
Quasi DILVCVLVM, præparatus est egressus eius.
Ose. VI.



DILVCVLVM, à luce nomen suum trahit. Lux enim (secundum D. Dionysium) inuisibilis est, nisi incorporetur, quare; Solaris lux ad nostrum emisperium aduenìens, cum grossioribus aëris partibus incorporatur, & sic DILVCVLVM efficitur, quò aduentante, illius extremitates, aliqua lucis claritate (licet perexigua) illuminantur. Cum igitur æterni Dei filius, qui lux erat inaccessibilis, & de se inuisibilis, in temporis plenitudine, grossioris aëris partes, hoc est naturam hanc nostram sibi copulasset, diuinitatis suæ radios, humanitateq;, quam assumpserat, in diuini suppositi vnitate, texisset; tunc Diluculi extremitates, radiorum suorũ claritate, illuminauit, dum Præcursorẽ Ioãnem Bapt. in matris suæ vtero adhuc existentẽ sanctificauit, de quo Ioann. 1. dicitur; *Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine*. Verum enimuerò cum per tot sæcula Mundus, peccatorum tenebris obtenebratus fuisset, huiusce mystici Diluculi extremitates, aliqu a diuinæ gratiæ luce micantes, cum

Symbolum pronuntiatur. Diluculum quid.

Increatũ verbum lux inuisibilis erat.

Præcursor Christi veluti Diluculum illuminatus est à Christo Sole

vidissent homines; *Mirati sunt vniuersi, & factus est timor super omnes vicinos eorum, & super omnia montana Iudeæ, & posuerunt omnes, qui audierant in corde suo dicentes, Quis putas puer iste erit?* Qui postea *Antra deserti teneris sub annis* petens, ibiq; per multos annos cum vestium, & victus asperitate commoratus est, adeò quod, vt Ecclesia canit; *Non fuit vasti Spatium per orbis, Sanctior quisquam Genitus Ioanne.* Quare factum est, vt Iudęi, ipsum verum Messiam eis promissum esse, existimantes; *Miserunt Sacerdotes, & Leuitas ad Ioannem, vt interrogarent eum; Tu quis es? Et confessus est, & non negauit; Et confessus est, quia non sum ego Christus.*

Præcursor veritatis cultor.

Confessus est inquam, se non esse veram Lucem, quæ illuminare debebat omnem hominem venientem in hunc mundum, sed tantummodo per gratiam; Quasi Diluculum, aliqua luce esse circumfusum, propter officium sibi commissum, qui digito, veram lucem Christo ostendere debebat, illis verbis; *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollis peccata mundi. Hic est de quo dixi; Post me venit vir, qui ante me factus est, cuius ego non sum dignus, vt soluam corrigiam eius calciamenti.*

Causa cur Io. B. negauit se esse Prophetã.

Et hæc est causa, cur non solum, se non esse Christum dixit, nequè Eliam, sed nec Prophetam, qui tamẽ ab ipsamet Dei increata sapientia, Propheta, & plusquam Propheta vocatus est, & quod *Inter natos mulierum non surrexit maior Joanne Baptista*, vt hac humilitate, hominum cogitationes, se nõ esse veram lucem, sed quandam Diluculi extremitatem, ab hac sententia pœnitus remoueret, quapropter, aptum est Noema, huic Symbolo præscriptum, videlicet.

Noëma declaratur.

Spes de hominum salute à Deo data.

Iacob spem nostram confirmat.

PROPE' EST, intellige, Sol Iustitiæ Christus, Iam in mundi exordio, post hominis creationem, & ipsius lapsum, pijssimus Deus, spei semina quamplurima in cordibus hominum iecit, ne de propria salute desperarent, sed certò scirent à peccati seruitute eripiendos fore, quare alijs innumerabilibus huiusce veritatis testimonijs omissis, verba, quæ Patriarcha Iacob morti proximus, dixit, in medium afferam, Gen. 49. legitur, *Salutare tuum expectabo Domine.* Pulcherrima quidem (ni fallor) & omni laude digna, fuit Elpidij pictura

ctura (vt Alciatus refert) qui Spem hoc modo delineauit. Virginem formosam, serena facie, & læto vultu, cęlum versus oculos dirigentem, pinxit, in cuius manibus Mortis Arcum, & Sagittas habebat, easq; confractas Oculos ad cœlum tendebat virginis huiusce imago, vt; non in his mundi rebus spem suam ponere deberet homo, sed in solo Deo sperandum fore, *Vt ponat in Deo spem suam* dicebat Psalm. 77. Arcum pariter, & Sagittas Mortis confractas in manibus tenebat puella illa, ab Elpidio descripta, non solum quia tantummodo viuentibus Spes inesse debebat, cum post mortem (vt ipse existimabat) nulla Spes supererat (quod à Christiana Religione prorsus alienum est) verum etiam (adde tu) quia de ipsa morte, Spes victoriæ palmā reportat; cuius sanè infallibilis veritatis præclarū est Patriarchæ Iacob grauissimum testimonium superius allatum; *Salutare tuum expectabo Domine*. Ac si dixisset: Domine mi, quamuis ab hoc mundo abeam, tamen ab illa spe, quam mihi, & toto mūdo dedisti, quòd semel verum Reparatorem mittes, qui nos de peccati seruitute liberabit, nunquam defeci, immò nec deficiam. Salutem inquàm, non corporis (etenim hoc iam senio confectum est) sed animæ; licet caro hæc interitura sit, & ex ea vndequaque vermes scatere non dubitem, ac demū corporis mei terra, in terrā reuerti debeat, non ob id spes mea peribit, sed iugiter in anima florebit, & virescet. Quod autē de hac Spe futuri Messiæ Iacob loqueretur; Paraphrasis Caldea explicat his verbis. Non expecto salutare Gedeon filij Ioas, quæ est salus temporalis; neque salutare Sampson filij Manue, quæ est salus transitoria, sed expecto redemptionē Christi filij Dauid: & hæc est causa cur Dauid Psalm. 145. Deum, vocat Deum Iacob, non autem Abrahæ, aut Isaac, dicens; *Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius, spes eius in Domino Deo ipsius*, ob spem quum ipse Iacob in Christo Mundi Redemptore habuit, qua mediante, vt Apost. Rom. 8. *Spe salui facti sumus*. Alij quamplures, hunc mystici Solis Christi aduentum, non multum distare, affirmabant; sic Isai. 14 *Prope est, vt veniat tempus eius, & dies eius non elongabuntur*, & 26. Do-

Spei pictura.

Applicatio.

Elpidij error.

Spes de ipsa morte victoriā reportat.

Iacobi verba declarantur.

Paraph. Cald.

Cur Deus Iacob dicitur.

Permulti Christi aduentum prædicabant.

vidissent homines; *Mirati sunt vniuersi, & factus est timor super omnes vicinos eorum, & super omnia montana Iudeæ, & posuerunt omnes, qui audierant in corde suo dicentes, Quis putas puer iste erit?* Qui postea *Antra deserti teneris sub annis* petens, ibiq; per multos annos cum vestium, & victus asperitate commoratus est, adeò quod, vt Ecclesia canit; *Non fuit vasti Spatium per orbis, Sanctior quisquam Genitus Ioanne.* Quare factum est, vt Iudęi, ipsum verum Messiam eis promissum esse, existimantes; *Miserunt Sacerdotes, & Leuitas ad Ioannem, vt interrogarent eum; Tu quis es? Et confessus est, & non negauit; Et confessus est, quia non sum ego Christus.*

Præcursor veritatis cultor.

Confessus est inquam, se non esse veram Lucem, quæ illuminare debebat omnem hominem venientem in hunc mundum, sed tantummodo per gratiam; Quasi Diluculum, aliqua luce esse circumfusum, propter officium sibi commissum, qui digito, veram lucem Christo ostendere debebat, illis verbis; *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollis peccata mundi. Hic est de quo dixi; Post me venit vir, qui ante me factus est, cuius ego non sum dignus, vt soluam corrigiam eius calciamenti.*

Causa cur Io. B. negauit se esse Prophetā.

Et hæc est causa, cur non solum, se non esse Christum dixit, neque Eliam, sed nec Prophetam, qui tamē ab ipsamet Dei increata sapientia, Propheta, & plusquam Propheta vocatus est, & quod *Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista*, vt hac humilitate, hominum cogitationes, se nō esse veram lucem, sed quandam Diluculi extremitatem, ab hac sententia pœnitus remoueret, quapropter, aptum est Noema, huic Symbolo præscriptum, videlicet.

Noēma declaratur.

Spes de hominum salute à Deo data.

Iacob spem nostram confirmat.

PROPE' EST, intellige, Sol Iustitiæ Christus, Iam in mundi exordio, post hominis creationem, & ipsius lapsum, pijssimus Deus, spei semina quamplurima in cordibus hominum iecit, ne de propria salute desperarent, sed certò scirent à peccati seruitute eripiendos fore, quare alijs innumerabilibus huiusce veritatis testimonijs omissis, verba, quæ Patriarcha Iacob morti proximus, dixit, in medium afferam, Gen 49. legitur, *Salutare tuum expectabo Domine.* Pulcherrima quidem (ni fallor) & omni laude digna, fuit Elpidij pi-

ctura

ctura (vt Alciatus refert) qui Spem hoc modo delineauit. Virginem formosam, serena facie, & læto vultu, cęlum versus oculos dirigentem, pinxit, in cuius manibus Mortis Arcum, & Sagittas habebat, easq; confractas Oculos ad cœlum tendebat virginis huiusce imago, vt; non in his mundi rebus spem suam ponere deberet homo, sed in solo Deo sperandum fore, *Vt ponat in Deo spem suam* dicebat Psalm. 77. Arcum pariter, & Sagittas Mortis confractas in manibus tenebat puella illa, ab Elpidio descripta, non solum quia tantummodo viuentibus Spes inesse debebat, cum post mortem (vt ipse existimabat) nulla Spes supererat (quod à Christiana Religione prorsus alienum est) verum etiam (adde tu) quia de ipsa morte, Spes victoriæ palmã reportat; cuius sanè infallibilis veritatis præclarũ est Patriarchæ Iacob grauissimum testimonium superius allatum; *Salutare tuum expectabo Domine*. Ac si dixisset: Domine mi, quamuis ab hoc mundo abeam, tamen ab illa spe, quam mihi, & toto mũdo dedisti, quòd semel verum Reparatorem mittes, qui nos de peccati seruitute liberabit, nunquam defeci, immò nec deficiam. Salutem inquàm, non corporis (etenim hoc iam senio confectum est) sed animæ; licet caro hæc interitura sit, & ex ea vndequaque vermes scatere non dubitem, ac demũ corporis mei terra, in terrã reuerti debeat, non ob id spes mea peribit, sed iugiter in anima florebit, & virescet. Quod autẽ de hac Spe futuri Messiæ Iacob loqueretur; Paraphrasis Caldea explicat his verbis. Non expecto salutare Gedeon filij Ioas, quæ est salus temporalis; nequè salutare Sampson filij Manue, quæ est salus transitoria, sed expecto redemptionẽ Christi filij Dauid: & hæc est causa cur Dauid Psalm. 145. Deum, vocat Deum Iacob, non autem Abrahæ, aut Isaac, dicens; *Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius, spes eius in Domino Deo ipsius*, ob spem quam ipse Iacob in Christo Mundi Redemptore habuit, qua mediante, vt Apost. Rom. 8. *Spe salui facti sumus*. Alij quamplures, hunc mystici Solis Christi aduentum, non multum distare, affirmabant; sic Isai. 14 *Prope est, vt veniat tempus eius, & dies eius non elongabuntur*, & 26.
Do-

Spei pictura.

Applicatio.

Elpidij error.

Spes de ipsa morte victoriã reportat.

Iacobi verba declarantur.

Paraph. Cald.

Cur Deus Iacob dicitur.

Permulti Christi aduentum prædicabant.

Dominus egredietur de loco suo, & Abac. 2. *Si moram feceris expecta eum*; Item, *Constantes estote, videbitis auxilium Domini super vos; Iudæa, & Hierusalem nolite timere, Veniet, & non tardabit, Orietur sicut Sol Saluator Mundi*. hisce, & alijs modis, Deus per sanctos Patres, homines de filij sui aduentu proximo sperantes consolabatur; at Precursore adueniente, qui velut Diluculi extremitas à Solis diuinæ suæ gratiæ illustrata, cū digito ostendere debebat, ipse meritò dicere potuit PROPE' EST. Quare, differentia illa, quæ inter Gallum, & Diluculum vterquè lucis præcones reperitur, hanc eādem inter Ioannis Baptistæ, & aliorum Prophetarum testimoniū de Christi Solis iustitæ aduentu cōstituere possumus, In medio noctis silentio Gallus cantat, quasi dicat, ad Solis aduentum properamus; citò dies illucescet, sed alio modo Diluculi lux, de proximo Solis aduentu testimonium præbet, quia diem annunciat esse PROPE', & in ianuis, quasi dicat; Sol adest. Ità sanè, si circa Christi aduentum aliorum Prophetarum testimonium consideremus, verum est, quòd nobis spem dabāt de ipsius filij Dei aduentu, sed tanquam Galli erant, qui in sacrę scripturę silentio cantabant, de quibus Iob 38. dicebat; *Quis dedit Gallo intelligentiam? Oritur Sol* (dicebant illi) *Deus noster veniet, & saluabit nos, Veniens veniet, & non tardabit* Isai 35. At Pręcursor Ioannes Baptista, qui veluti Diluculi extremitas fuit à diuinæ gratiæ radijs mentis suæ oculis illustratis, dicere potuit, PROPE' EST, quare de eo, id quod in assumpto Themate diximus, adimpleri certum est, videlicet.

Differētia inter Præcursoris, & aliorum Prophetarum testimoniū de Filij Dei aduentu.

Iob. 38.

Thema explicatur.

Quasi Diluculum præparatus est egressus eius; nam Præcursor verę lucis à Deo electus est, vt Luc. primo habetur; *Et tu puer Propheta altissimi vocaberis; præibis enim ante faciem Domini parare vias eius*. qui, *respiciens Iesum ambulantem, dixit; Ecce Agnus Dei*, Io. 1. Atq; hinc est, quòd à Sacerdotibus, & Leuitis interrogatus, quis esset; *Confessus est, & non negauit, quòd non sum ego Christus*; &, vt eos pęnitus ab hac opinione (vt diximus) quam de illo habebat, remoueret, neq; Prophetam se esse affirmauit, qui iterum illum interrogantes, ac dicentes; *Quis es, vt responsum demus his, qui mise-*

runt

runt nos? Quid dicis de te ipso? Ait; *Ego vox clamantis in deserto, dirigite viam Domini;* De qua quidē voce, Euangelistę Ioanni (qui in Insula Pathmos relegatus à Domitiano fuit) mirabilis visio manifestata est, vt Apoc. 1. legitur: *Ego Ioannes* (hæc sunt ipsius formalia verba) *fui in spiritu in Dominica die, & audiui post me vocem magnam, tanquam Tubæ,* &c. *Et conuersus vidi filium hominis.* Non nulli, vocem hanc, Ioannem Bapt. Christi Præcursorem esse asserunt; Ipse enim vox fuit Tuba, quæ peccatores à somno peccati excitauit, & inuitante voce sua, vt viriliter pugnarent hortabatur, dicens; *Facite fructus dignos pœnitentiæ; appropinquat enim Redemptio vestra.* Tubę vox, Ioannes Baptista extitit, nam sicuti secundum Aduentum vox Tubæ, & præcedet Archangeli, vt 1. Cor. 15. habetur; *In nouissima Tuba, in voce Archangeli;* ità Tubę vox, primum Aduentum præcedere debebat, & Angeli, de quo Malach. 3. *Ecce ego mitto Angelum meum, qui præparabit viā ante faciem meam.* Tubæ vox, Christi Præcursor fuit, quæ in omnem regionem deserti, & apud Iordanem audita est, adeò quòd vnusquisquè dicebat: *Quis putas puer iste erit?* Tanquam vox igitur, quæ à Christi dilecto, quando caput retro vertit, visa non est, nequè Tuba, sed tantum Filium hominis vidit, maxima luce circumfusum; Ità Ioannes Baptista, dum in deserto clamabat, non vt ad se pergerent, sed ad Christum verum Messiam properarēt intendebat, quo adhuc ab eis requisitus; An ipse esset Christus, aut Helias, aut Propheta, semper respondit; *Non sum,* sed dixit; *Ego vox clamantis in deserto.* Vox inquam sum, & sola vox (quasi dicere vellet) vt retro aspiciatis, & filium hominis Christum qui iam per carnis assumptionem in mundū venit, vt aspiciatis vos hortor. Quasi Diluculum igitur Christi Præcursor fuit Ioānes Bapt. cuius laudes alter Ioannes celebrat, dicens; quòd *Fuit homo missus à Deo,* ad ipsius filij, qui iam pro generis humani redemptione, carnem hanc nostram assumpserat, perhibendam veritatem, nam; *Hic venit in testimonium;* qui cū tot tantisq; gratiarum donis à Deo esset illustratus homines crederūt se esse veram lucem, ipse verò; *Quòd non erat ille lux, sed, ut testi-*

Præcursor se vocem esse fatetur

Visio Ioannis Euang. facta. Apoc. 1.

Quia pro hac voce significatur Ioan. Baptista vox est.

Præcurs. Christi Vox Tubæ nuncupatur.

Ioannis Bapt. laudes alter Ioannes celebrat.

Præcursor se vocem tãtum esse fatetur.

testimonium perhiberet de lumine, testimonium reddidit præclarum, vt per illius vocem, omnibus notum esset, humanatũ Verbum, ac ipsum solum esse verum Iustitię Solem; *Vt omnes crederent per illum*. Quasi Diluculum igitur fuit Ioannes Baptista, ob lucem à Sole Christo acceptam. Iam lęgis scriptæ nox elapsa erat, quando per Isai. 11. clamabant homines; *Custos quid de nocte? Custos quid de nocte?* felicissimo illo die igitur adueniente, de quo ipsemet Isaias dicebat; *Venit mane, nocte transacta*, quando in pudicissimo Virginis vtero, tanquam in cęlestis Auroræ rosaceo cubili Sol Iustitiæ ingressus est, huiusce felicissimi Aduentus, testimonium voluit esse Ioannem Bapt. Præcursorem Domini, qui; *Quasi Diluculum fuit*: Hanc igitur modicæ lucis splendorem videntes homines, qui in tenebris, & in vmbra mortis, per tot sæcula cum sedissent, tanta affecti sunt admiratione, quòd alter alterum interrogabat, dicens; *Quis putas puer iste erit?* quibus Gabriel respondit; *Erit magnus coram Domino, nam & manus eius cum ipso est*; etenim Dei manus in illius Creatione, ac Redemptione, cum eo fuit. In illius creatione inquàm omnipotẽtis manu opus fuit, ob patris senectutem, & matris illius sterilitatem, vnde Ecclesia canit; *Ex vtero senectutis, & sterili Ioannes natus est Præcursor Domini*. In ipsius redemptione pariter, Dei manus cum ipso fuit, quæ illum ad gratiæ, & gloriæ fastigium euexit, qui iactis humilitatis fundamentis, licet ab omnibus ferè Ierosolimitanis, pro Christo haberetur, aut pro Elia, ipse non solum hæc dignitatis nomina recusauit, sed nequè Prophetam se esse affirmauit, dicens;


Duplex nox legis naturæ & scriptæ.

Io. Baptist. cur Messiam esse crediderunt homines.

Quomodo intelligatur dictum illud; Nam & manus eius cum ipso est.

Io. Bapt. humilitas præclara.

Ego vox clamantis in deserto, vt in Euangelio.



IN

IN FESTO S. THOMÆ APOST.

ARGVMENTVM.

De Amore, quo Christus peccatoris salutem inquirit.

Infer digitum tuum huc, &c. Ioann. xx.

SYMBOLVM.

SVCCINVM, PALEAM ATTRAHENS.

NOEMA.

VIRTVS EX ME.

THEMA.

In charitate perpetua dilexi te, ideò attraxi te miserans tui. Ierem. xxxi.



SVCCINVM, idem est, quòd electrum. Veteres putauerunt esse lacrymam ex arboribus Pinei generis profluētem, siuè succum ex illa arbore emanantem sic Plin. l. 17. c. 3. asserit. Verùm hodiè à viris doctis deprehensum est, qui Prutentiam totam peragrarunt in insula maris Germanici nō procul à littore Prutenico (quā Germani sua lingua Sadauu appellant) illud reperiri, ex cuius insulæ scopulis in mare delapsum, partim Oceani æstu ad litus eijcitur, partim rusticorum opera in ipso mari colligitur. Neq; verum est, ipsum ex arboribus defluere, sed è saxis; primo liquidum est, sed maris frigiditate cōdensatur. Est igitur Succinum, siuè Electrium, bituminis genus, maris, regionisq; frigore, ex liquida cōsistētia in duritiem cōmutatum. Gestaturquè à mulieribus, decoris gratia, monilium vice, cuius proprietas est, vti Magnes ferrū, sic Succinum paleam. Æterni patris filius carne hac nostra in Virg. Mariæ vtero, Spiritus S. opera (cuius gloriosum nomē

Symbolum pronunciatur.

Succinum vbi reperiatur.

Succini qualitates

Succinū quid.

Christus mysticum Succinū.

mare amarum interpretatur) mysticum Succinum appellari posse existimamus, eò magis ante ipsius Redemptionis opus, quippe qui veluti Succinum per pietatē liquidus semper extitit, dum nobiscū conuersatus est, sed per dolores & tormēta, quæ in passione sustinuit, duritiem (vt ita dicam) contraxit maximam ob eximiam patientiam, & animi fortitudinem, quare de eo, id quod 2. Mach 6. de Eleazaro ad supplicium ducto dicitur, idem de ipso dicendum esse non dubitamus. *Sed cū plagis perimeretur* (ita legitur eò loci) *ingemuit, et dixit: Domine, qui habes sanctam scientiam, manifestè tu scis; quia cū à morte possem liberari, duros corpori sustineo dolores, secūdum animam verò propter timorem tuum libenter hæc patior. Et iste quidem hoc modo vita decessit, vniuersæ genti memoriam mortis suæ ad exēplum virtutis, & fortitudinis derelinquens.* Duritiā igitur summam, hoc est infinita tormenta, mysticum Succinū in passione sua sustinuisse certum est, qui per Isai. 63. dixit; *Torcular calcaui solus*, ex qua postea sacramenta omnia, ab ipso instituta, efficaciā suam habuerunt, quæ animā hanc nostram, ab omni peccati labe, lauant, quare decoris gratia, ab vnaquaq; anima fideli, vice preciosissimi monilis gestari potest. Verum enimuerò; si eius proprietatē attendamus, quæ est attrahendi paleas, hanc potissimū mystico Succino Christo, propriè conuenire dicimus. Paleam peccatoris symbolū esse, D. August super ps. 60. affirmat, nec non D. Ambr. super illud Cant. 7. *Venter tuus sicut aceruus Tritici*; sicuti per grana iustos intelligit, de quibus Mat. 3 dicitur; *Paleas comburet igni*, quòd intelligendum est de his, qui impenitentes ex hac vita decedunt; at is, qui à peccato resipiscit, non impropriè palea dici potest. Quemadmodum igitur Succinum paleam ad se attrahit; sic Christus, veluti mysticum Succinum, quēlibet fidelem peccatorem (per paleam significatū) ad se trahit. At inter innumerabilia peccata, quibus homo Deum offendit, quia infidelitate damnabilius? hæc enim omniū malorum fons est, ad quā eccellendam Spiritus S. dextera opus fuit, vt ipsamet æterni Patris increata sapientia Ioan. 16. testatum reliquit ilis verbis; *Cum venerit paraclitus Spiritus veritatis,*

Christus in passionem mysticus Eleazar fuit.

Christi passio summe dolorosa.

Succini proprietas attrahendi paleam. Applicatio. Peccator palea est.

Christus mysticus Succinum.

Infidelitas omnium peccatorum damnabilior.

rasis, arguet mundum de peccato; De peccato inquam (sic per anthomasiam dictũ) quia, vt D. August. tract. 95. ait; Infidelitatis peccatum vnú esse, à quo, veluti à fonte, cetera emanãt, & quo manente, cætera retinentur, & quo discedente, cætera remittuntur, & ipsemet Christus expresè ibidẽ dixit: *De peccato quidem, quia non crediaerunt in me*, de hoc, Spiritus Sanctus, mundũ arguere, & conuincere debebat, & ab hoc solus Christus (qui mysticum Succinum fuit) Thomæ infidelitatẽ, per paleam adumbratã, ad se trahere poterat, qui solus cuiuslibet peccatoris animam à peccati seruitute liberare potest, ac potissimũ ab infidelitate. Hanc veritatẽ Regius Psal. manifestauit ps. 67. illis verbis. *Deus noster, Deus saluos faciendi, & Domini Domini exitus mortis*. Quod sanè encomiũ, nemini Deorum suorum tribuerunt Antiqui. Ioui fulgur dabant, vt Guiller. Coul. l. de Relig. asserit, quippè qui hominum delicta puniebat. Nec fulminãtis magna Iouis manus, dicebat Hor. Neptuno maris gubernationẽ, teste Ouid Martem belli Deũ vocauere, ait Rabis Mineruam Deam sapientiæ Valerianus appellauit. Mercurio Caduceũ, Alciato teste; at Deum, qui peccata ignoscit, excellentiá hãc nemini tribuisse, veluti viriũ suarum imparem, certum est. Atq; hinc est, quòd maris tranquillitate secuta, ad Christi vocẽ, vt Mat. 8. legitur, Iudęi tãta affecti sunt admiratione, quòd dixerũt. *Quis est hic, quia venti, & mari obediunt ei?* Si solum venti imperasset, Virgilius, hunc Eolum esse affirmasset; si solum mari Neptunus est, ità Ouidius dixisset, sed ventis, & mari imperare, & ei obedire. *Quis est hic?* mirum in modũ ob id mirati sunt; At cũ Mat. 9. dixisset; *Remittuntur tibi peccata tua*; nõ de facto mirati sũt, cum id impossibilitatẽ apud eos argueret, sed quòd ipse talia verba proferre ausus esset, admirati sunt, quare in corde eorũ dicebant; *Quis est hic, qui loquitur blasphemias?* etenim; nõ Deum, sed purum hominem, illum esse existimabant, at cum peccatorũ remissio, soli Deo debeatur, hinc fit quod eũ blasphemare dixerunt. Neq; simplices Idiotæ erãt hi, qui talia in corde suo dicebant, aut aliqui ex plebe, sed (vt Lucas animaduertit) doctiores homines, ideò dicit: *Et cæperunt cogitare*

Infidelitas peccatum vocatur à quo catera emanant.

Solus Christus animam à peccato liberare potest.

Gentiles Dÿ sui varia encomia tribuebãt.

Nulli Deorũ peccatorum remissio præscripta est.

Christus vẽti, & mari imperando admirationis est causa

Iudæorum admiratio qualis erat.

Scribarum & Pharisæorum circa Christũ opin.o.

Scribæ, & Pharisæi; & quod maiorem affert admirationem, non ore sed corde, & cogitatione supradicta verba promebãt, ex quo apparet, hanc nequaquã fuisse æmulationem, nec consilium inter eos factum, sed quia vnusquisq; illorũ, qui in lege doctus erat pro certo habebat, peccati tyrãnidem esse talẽ, quod ad eam expellendam, ipsiusmet Dei brachio opus esset, & peccatorum vincula confringere, quibus animã peccatrix constricta est, solius Dei potentiæ esse. Quòd per Iere. 17. à Spiritu S. delineatum est illis verbis; *Peccatum Iuda scriptum est stilo ferreo in vngue adamantino*; Pagninus scribit, quòd Adamas, ab, a, quod dicit non, & domo, quasi nõ domo dicatur, quà nihil est, quod illud domare valeat; non malleus, aut ignis, aut aliquid aliud, illud domare potest. Hac stãte veritate, cũ Deus dicit; *Peccatum Iuda scriptum est in vngue adamantino*; hoc innuere vult; oẽs humanas vires deficere, ad illud delendum; Natura inquã deficit, ignis illud consummere nequit, neq; tota aqua maris delere poterit; aliquã licet perexiguam peccati maculam, quare ad illud obliterandũ ipsius Dei potẽtia requiritur, quòd magna cũ difficultate efficitur. Non quia sit *Impossibile apud Deum omne verbum*, (vt Luc. 1. Angelus Mariam alloquendo, dixit) cuius potentiæ sũmæ omnia obediũt, sed ex parte operis difficultatẽ hanc prouenire certũ est. Maxima requirebat, immò & infinita potentia, in mundi huius creatione quia de nihilo creata fuere omnia *Ipse dixit, & facta sunt; Ipse mandauit & creata sunt*. Ps. 32. sed maior potentia ex parte rei, in peccatoris Iustificatione, requiritur, etenim in rerum omniũ Creatione, nemine contradicẽte, cuncta Dei præcepto paruerũt, at in impij iustificatione, nisi peccatoris voluntas, ad peccati detestationẽ moueatur, fieri nequit, Qui fecit te sine te, non saluabit te, dicebat D. August. quare tract. 92 in Ioan. dixit; Difficilius est hominem iustificare, quàm cœlum, & terram creare, & hoc ratione superius adducta. Infidelitatis peccato igitur; *Thomas vnus ex duodecim erat infidelis, qui non erat cum eis, quando venit Iesus*, & hac de causa; *Cum iterum post dies octo venisset, ianuis clausis, & cum eis Thomas adesset. Iesus dixit eis. Pax vobis. Deinde* dicit

Ad perdēdum peccatum Dei brachio opus est.

Adamas vnde dicitur.

Cũcta Dei imperio obediunt.

In mundi creatione infinita Dei potentia requirebatur. In peccatoris iustificatione maior potentia requiritur ex parte rei. Peccatoris voluntas in iustificatione requiritur.

Thomæ infidelitas.

dicit Thomæ. Infer digitum tuum huc &c. quare veluti Succinum paleam, sic Christus Thomam, Infidelitatis labe maculatum, qui iam cæteros Apostolos alloquens, dixerat; *Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam manum meam in latus eius non credam*, liberauit, quare conueniens est Noema huic Symbolo appropriatum, quod est.

VIRTVS EX ME, supple est, etenim nisi sua præueniente gratia Christus (qui mysticũ Succinum dicitur) paleam (idest peccatorem) à peccati somno excitaret, proculdubio solũ ad comburendum in Infernali igne mittendus esset. Nam licet in peccato mortali existẽs, aliqua bona opera præstare posset peccator, quibus de congruo ad gratiã aliquo modo se præparare posset (vt Scot. in 4 d. 14. asserit) nõ tamen dispositione vltima se disponeret, neq; gratiã de condigno mereri potest, quia prima gratia non nostris meritis sed ipsius Christi, confertur, quapropter; in hominis potestate non est, iustificare seipsum, aut à culpa resurgere, neq; ad Christum accedere, nisi ipsius gratia illum præueniat, qui cum ad miserendum pronior sit, quam ad puniendum; sicuti vnico voluntatis actu damnatur homo, sic eodem etiam iustificari potest, quare in instanti, Iustificatio nostra fieri potest, quæ ex parte nostra peccati detestationem, ex parte autem Dei, gratiæ suæ collationẽ requirit, & vtrunq; in instanti fieri potest, nec longas temporis moras (vt habeat) opus est, ꝙ manifestè ex illo Ezech. 18. colligitur: *In quacunq; hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius amplius non recordabor*; Vbi hora, pro instanti accipitur. Nec requiritur quòd cõtritionis dolor in nobis, per aliquod determinatum tẽpus, protrahatur (vt nonnulli falsò existimarunt) alioquin sequeretur (quod à diuina misericordia est prorsus alienum) quòd per aliquod tẽpus, peccatori reclusa esset via salutis (& hoc ex parte peccatoris) quòd nõ est dicendum, at ex parte ipsius Dei, nulla delatio ponenda est, quia cũ eius virtus sit infinita, ob id, temporis spatijs nullo modo coarctatur, quare in instãti quẽlibet peccatorẽ iustificare potest, illũq; ad suã pristinã gratiã reuocare. Cũ igit prima gratia nullo modo mereri possit, hinc est, quòd Christus meritò dicere potest in

Noema declaratur.

Scoti doctrina.

Prima gratia nõ ex proprys meritis habetur

Iustificatio in instanti fit.

Ezech. 18 dictum quomodo intelligendum

Error aliquorum.

Christus in instãti iustificat.

ipsius peccatoris conuersione; VIRTVS EX ME, supple est, qui illam adeò exoptat, quòd, vt ad eum cõuertamur iugiter clamat, Hoc animaduertens D.Chrys.orat de B Philog.dixit. Benignus est Deus, & quemadmodum parturiẽs cupit emitti fętum; ita, & ille cupit effundere misericordiam suã erga peccatorem. Ex duplici capite, hoc summum Dei desideriũ, circa peccatoris cõuersionem, colligi posse existimamus; Ac primo. Parturientis dolores tam pergrandes sunt, quòd Inferni cruciatibus assimilati fuere, etenim; nõ est aliquod ex ossibus in muliere pariente, quæ nõ moueatur, viæ illæ angustæ, coactè, vt fętum emittant, aperiuntur, ac demũ non est in mundo dolor similis, sicuti parturiẽtis cruciatus. Quemadmodũ igitur, parturiẽs cupit emitti fætum, vt ab illis doloribus, quibus maximè vexata est, liberetur; ità Deus, vt nobis peccatoribus misericordiam suã exhibeat, similis esse dicitur, quòd secundũ intellectus humani capacitatẽ intelligendum est, nam ipse est sumpsius sũma gloria, ab omni miseria prorsus alienus. Sed vt plurimũ accidit, quòd ille vult effundere suã misericordiam (vt ait idẽ Chrys.) obstant peccata nostra, qua de causa valde dolet, vt ipsemet Chrys.hom.46 in Mat.tom.2.asserit, dicẽs. Non.n.sic dolet, quia ipse ab eis offendit, sed quia, quasi violenter cogitur perdere aliquem, qui omnes cupit saluare. Ex alio capite, hoc sũmum Dei desideriũ erga peccatoris conuersionẽ ex supradicta sententia colligitur, quod est ob maximã matris ad filius dilectionẽ, & hoc ex Philosophi quadã sententia desumitur, dicẽtis; Naturalissimũ est homini generare sibi similẽ; superlatiuo.n.verbo vsus est, vt animi propensionẽ, quã homo ad suũ filiũ habet, declararet; verũenimuerò, quoniam desideriũ inclinationẽ sequitur, sũmum desideriũ in superlatiuo gradu tenet mater suũ filiũ pariendi, quare licet partus dolores, eximij sint, tamen (vt ipsemet Christus Ioã.16.dixit) *Cum autẽ peperit filiũ, iam nõ meminit pressuræ.* Sũmo amore mater filiũ prosequitur, quia illius pars est, sicuti, & iustus, nã *Qui adhæret Deo, vnus spiritus efficitur cũ eo,* 1.Cor.6.imò totus in illo est. *In me manet, & ego in illo,* Ioa.6. Quare si mater filiũ, quẽ peperit, adeò diligit, quod *Iam nõ meminit pressuræ,*

D.Chrys. Dei misericordiam manifestat Similitudo mulieris parturiẽtis. Applicatio. Mulieris pariẽtis dolores immẽsi.

Deus mulier parienti similis esse dicitur.

Deus quodammodo dolet, & peccata nostra sunt in causa.

Summa matris ad filium dilectio. Arist.

Filius matris pars est.

Ità Christus, postquã discipulis in Emaus eũtibus, post ipsius Resurrectionẽ, apparuisset, interrogatus; an ipse sciret ea, quæ in Ierusalẽ in die Parasceue facta erãt circa illius passionẽ, & mortẽ respõdit Quæ? iã enim dolores, ac tormẽta, quæ passus erat, obliuioni tradiderat memor iam susceptæ prolis, quã in Crucis ligno peperit Cũ igitur tanto amore peccatorẽ prosequatur Christus, vt illũ veluti Succinum paleã ad se iugiter attrahere studeat, meritò dicere potest; VIRTVS EX ME, ꝙ si huiuscè dilectionis causã inquiramus, ipsemet p Iere. 31. eã adducit, q̃ pro Themate huic Symbolo aptatũ deseruit, ꝙ est.

Christus velut mater, quæ filium peperit, non meminit pressuræ.

Christus cur peccatorem diligat.

Thema explicatur.

In Charitate perpetua dilexi te, id ò Attraxi te, miserans tui. Omniũ Theologorũ infallibilis conclusió est, ꝙ prædestinatorũ numerus apud Deum certus est, adeò quod, vt D Aug. super illis verbis; *Nemo rapiet eas de manu mea*, ità loquutˀ est. Nec lupus rapit, nec latro interficit. securus est.n de numero eorũ Nec ob id aliquẽ cogit, sed arbitrij vniuscuiusq; libertatẽ seruat immunẽ. Quos igitur prædestinauit Christus (veluti mysticũ Succinũ) eos (licet in peccato sint, & paleę secundum præsentẽ iustitiam ad cõburendũ essent) tamen eos sic allicit (ipsis tamẽ annuentibus) ꝙ meritò prę͂sentis Thematis verba repetere potest; *In Charitate perpetua dilexi te, ideò Attraxi te.* (quemadmodũ Succinum, paleam) miserans tui. Imò propter peccatũ ipsum (si ita loqui licet) tm̃ adhibet diligentiã Deus, vt is, qui ad æternã gloriã prædestinatus est, à peccati somno excitetur & denuo iustificet. Et hoc mysteriũ ex verbis Os. 2. colligitur; *Propter hoc* (ait) *Ecce ego lactabo eã, & loquar ad cor eius.* Quæ promissio Ruffinus, Theodor. Theoph. & alij asserunt, ꝙ adimpleta sit, quãdo Deus populũ suũ de captiuitate Pharaonis liberauit. B. Chrys. & Ciril Alexãdr. promissũ hoc adimpletũ esse in tẽporis plenitudine, affirmãt, quando *Deus misit filiũ suũ in hunc mundũ in similitudinẽ carnis peccati;* At nos dicimus, ꝙ in cuiuslibet prædestinati, qui in peccato cõmoratus us adimpletur, quare; causalis illa; *Propter hoc*, valdè perpendenda est. Culparũ multitudinẽ recensuerat Propheta eò loci, quas epilogare volens, illis verbis cõclusit; *Et mei obliuiscebatur, dicit Dominus;* ꝙ summæ ingratitudinis efficax argumen-

D. August.

Deus neminẽ cogit.

Dei amor ergà peccatorem.

Osc. 2.

Mira Christi clementia ergà peccatorem.

Opinio aliquorum circa Dei promissum per Oseam factũ.

Alij aliter sentiunt.

Opinio propria.

L. Propter hoc notatione dignum.

gumentum erat quare, statim subdit; *Propter hoc; Ecce ego lactabo eã, & loquar ad cor eius.* Ergo quia peccator tui obliuiscitur, hac quippe de causa (Domine mi) illum amplecteris, & in sinu tuo foues? Nõne per If 59. dixisti; *Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deũ vestrũ?* qui ergo fieri potest, vt eũ amplectuaris qui toties te offendit? Hæc inquam sunt amoris prodigia, nã qui ex corde diligit, licet offensus sit, tamẽ beneficiã extẽderẽ præstat; *Propter hoc*, idest, ac quippe de causa, quia aduersũ me deliquit, quia multa scelera perpetrauit est quia peccatum peccato adiecit; *Propter hoc* inquã; *Ecce ego lactabo eã*; Verbũ hoc *lactare* in sacra script idẽ est, quod suadere, allicere, & dulciter attrahere, iuxta illud dictũ Prou. 1. *Fili si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis.* Sic cũ Deus ait, q animæ fideli lac dulcissimũ ei propinabit, dicere vult, quòd rationibus necessarijs illi suadebit, vt ad eũ reuertatur, & littera hebr. habet; Ego pelliceã eam, idest; blandimentis eã ad me trahã, quare perpulchra metaphora vsus est ipsemet Deus per Ier. 17. ad hoc summæ dilectionis mysterium declarandum, dicens; *Perdix fouit, quæ nõ peperit, congregauit diuitias, sed nõ in iudicio, in dimidiũ dierũ suorum derelinquet eas.* Hæc est huiusce auis proprietas (vt Pierius l. 24. refert) quod suscipere prolem valdè exoptat, adeò quod altera alteri oua furari nititur; at pulli iam nati, & ad volandum expediti, veræ matris voce audita, naturali instinctu ducti, hanc sequuntur, & illam (quæ vera mater non est) relinquunt. His declaratis, facilis est supradictorum verborum intelligentia: Perdix hæc, Diabolus est, qui vt fidelium animas perdat, quarum valdè cupidus est, illas delitijs, ac voluptatibus nutrit; At Christus, qui fidelem iam ad gloriam prædestinauit, voce emissa illicò, si qui Dæmonem sequebatur, illum dimittit, & Christum sequitur. Hæc omnia de B. Thoma dicere possumus, qui per infidelitatis peccatum à Christo discesserat, & Dæmonem sequebatur, statim, atquè Christum sibi dicentem, audiuit; *Infer digitum tuum huc*; ipsius diuinitatem, cum humanitate gloriosa coniunctam confessus est, dicens; *Dominus meus, & Deus meus*, vt in Euangelio.

Dubium.

R. Confir. Amoris efficacia manifestatur.

Lactare quid sibi velit.

Littera hebr.

Metaphora. Ierem. 17. Perdicis proprietas.

Applicatio.

D. Thomas Christi voce audita statim hũc sequitur.

DOM.

DOMINICA IV. ADVENTVS.

ARGVMENTVM.
De Pœnitentiæ Virtute.

Et venit in omnem regionem Iordanis, prædicãs baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorũ. Luc. iij.

SYMBOLVM.


SOL oriens, NIVES, quæ montium cacumen cooperiunt, radijs ſuis attingens, eas euaneſcere facit.

NOEMA.

CITO' DELABVNTVR.

THEMA.

Omnis malitia eorum defluet. Iſai. xxxiiij.



SOL ſplendore, ac luce ſua, ea omnia, quæ per vniuerſum terrarum orbẽ diffuſa ſunt, illuſtrare, perſpicuũ eſt, omnibusq; indifferenter lucis ſuæ radios cõmunicat, quòd ſi aliqua corpora, (vtì ſolida) lucem nõ recipiunt (vt corpus diaphanum ſuſcipit) hoc inquam, non ex Solis defectu prouenit, ſed ex ipſius obiecti impotentia, quòd aptum non eſt illud lumen recipere; In corporibus diaphanis autẽ Solem diuerſos effectus cauſare quotidie experimur, & inter innumerabiles alios; Niues liquefacere, & lutum indurare. Peccatorem, qui veluti corpus ſolidum eſt, ob ipſius peccati malitiam (vnde de Pharaone dixit Deus Exo. 8. *Induratum eſt cor eius*) diuinæ gratiæ radios non recipere certũ eſt, prout è contra; Peccator pœnitens, qui veluti corpus diaphanum eſt, quamuis per peccati frigiditatem tanquã nix ſit, tamẽ, Solis luce, & calore adueniente, illicò delabitur. Eſt.n. tanquam nix, quæ in montis ſummitate cernitur peccator pœnitens, Mons inquam eſt, de

Symbolum pronunciatur.

Sol cunctis rebus lucem communicat.

Peccator eſt veluti corpus ſolidum.

Iuſtus eſt tanquam corpus diaphanum.

Pœnitens eſt veluti nix Soli expoſita.

quo Pſ. 77. *Montem Syon, quem dilexi; Mons in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo; etenim Dominus habitabit in finẽ.* pſ. 55. Intellige, quamuis Iuſtus aliquando, qui *Mons Dei, Mons pinguis* eſt, niue peccati cooperiatur ad tempus, tamẽ vix diuinæ gratiæ radij illã attingunt, quòd ſtatim ex ea peccati frigiditas euaneſcit, & caloris, lucisq; qualitatibus receptis, aqua pura efficitur, vndè cum Pſ. 21. dicere poteſt; *Sicut aqua effuſus ſum*, ſcilicet per cordis contritionem, quare in eo; *Dominus habitabit in finem*, hoc eſt, quando ipſimet Deo, extremum reddet ſpiritum, tunc Deus qui cum eo habitabit in finem per gratiam, ob id æterna gloria frui, dignus efficietur. Sole diuinæ gratiæ igitur adueniente in peccatorẽ pœnitentẽ, per quam à peccati ſomno excitatur, Pſ. 119 verba poteſt, & ipſe repetere; videl. *Cogitaui vias meas, & cõuerti pedes meos in teſtimonia tua*. Pergebat.n. per viam obſcuram, & tenebroſam caligine, & horrore plenam infelix peccator, antequã ſuperna luce illuſtraretur, qui non ab alio, quã à propria ſenſualitate hinc indè ducebatur, quæ via, quã percurrebat, licet illi ſpatioſa, & lata appareret, tamen laboribus, & ęrumnis plena, illũ ad Inferni baratrũ ducebat; Verùm enimuerò pijſſimus Deus, qui *Non vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat; Propter hoc*, (dixit per Oſe. 3. vt ſuperius diximus) *Ecce ego ſepiam vias tuas ſpinis, & ſepiam eã maceria; Propter hoc* inquam, quia iam ab æterno te elegi; *Sepiam vias tuas ſpinis*, ideſt (vt Gloſa inquit) actiones tuas duris laboribus implicabo, quòd ex diuina miſericordia prouenire certũ eſt, vt in voluptatibus, quibus mediantibus à Deo iam receſſerat Iuſtus, plerumq; in eis ſpinas dolorum, & amaritudinum reperiens, ſicq; reſcipiſcens, ad eum cõuertatur; vndè ait; *Cogitaui vias meas*, de quibus Pſ. 34. *Fiant viæ illorum tenebræ, & lubricũ, & Angelus Domini perſequens eos.* Vbi per Angelum Domini, nonnulli Diabolum intelligunt, qui Angelus iam fuit Domini, & ei eorũ nunc (velit, nolit) ſubiectus eſt, & veluti diuinæ iuſtitiæ miniſter, Angelus nuncupari poteſt; Hic igitur Domini Angelus malus, malos perſequitur, quia per tenebras peccatorum denſiſſimas, nec non per voluptatum lubricum, de

Iuſtus eſt vt mons.

Peccatum in Iuſto veluti nix euaneſcit.

Pœnitentis cõuerſio.

Deus quid operatur, vt fidelis pœniteat.

Gloſa.

Angeli nomine Diabolus intelligitur.

Diabolus peccatoris perſequitur.

de peccato in peccatum præcipitando, illos ad Tartara ducit. His igitur vijs à peccatore consideratis, pedes suos, idest cordis affectus, conuertit in testimonia Dei, & veluti is, qui de propria patria expulsus est, per quas vias ad eam redire possit, cogitat; interpellans amicos, & illos omnes qui vt reuerti valeat, ad hoc illi prodesse possunt; Ità Peccator pœnitens, de cœlesti patria, necnon de Angelorum, ac Sanctorum omnium se expulsum consortio cognoscẽs, omnibus viribus suis adhibitis, à via per quam ambulabat, pedes suos auertit, & illas inquirit, quibus mediantibus à diuinæ gratiæ statum redire possit. Via enim, quæ hominem de peccato exire facit, & ad Sanctorum consortium iterum reducit, Pœnitentiæ via est, & vt per eam ambulemus Christi Præcursor Ioãnes Baptista; *Venit in omnem regionem Iordanis, prædicans baptissimum Pœnitentiæ in remissionem peccatorum.* Verùm, sicuti in omni terminata via, triplex est progressus; Primò namq; est egressus à termino à quo; Secundò est processus ad medium, vel per medium; Tertiò ad terminum ad quem accessus est: Ità in Pœnitentia processus est; etenim, diuina gratia mediante, homo à peccato exit, deindè accedit per mediũ Pœnitentiæ iter de virtute in virtutem; ac demũ agone consummato ad æternæ beatitudinis prẽmium peruenit, quòd in Exodo figuratũ est de filijs Israel, quorum Dux erat Moyses, quos de Ægypto per maris rubri viam duxit, postea de loco ad locum per desertum, ignis, & nubis protectione ducti sunt, deniq, promissionis terram, eos ducente Iosue, ingressi sunt. Filij Israel de Ægypto exeuntes, fideles sunt, qui de peccatis dolentes, ad Deum per Pœnitentiam reuertuntur; Ægyptus enim tenebra interpratatur, peccatores autem tenebris inuoluti sunt, at diuina luce per gratiam illuminati, periculum cognoscentes; vias, quas sequebantur, relinquunt, vndè D. Greg. in Moral. ait; Dum nos diuina gratia illuminat, cuncta nostræ mentis abscondita manifestat; vndè bene dicitur, quòd per Moysem eorum Ducem filij Israel inde educti sunt, nam Moyses famulus Dei, à Domino edoctus, ipsius Dei mandata populo sibi commisso retulit, sicuti diuini verbi prædicator, & Præ-

Simile.

Applicatio.

Pœnitẽtia via est, qua nos ad Deum redire facit.

Io. Bapt. viam pœnitentiæ docet

Triplex progressus in qualibet via est.

Applicatio.

Figura.

Expositio.

Gratiæ diuinæ effectus.

curſor Ioannes Baptiſta, diuina monita, in omnem regionem Iordanis commorantibus retulit; *Prædicans baptiſmum Pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum*, vt de virtute in virtutem ambulantes, in nube, & igne, hoc eſt in fide, & charitate, ad virtutum alta cacumina peruenirẽt, vnde Ioſue ductu (ideſt Ieſu Chriſti, quẽ ipſe digito monſtrauit, dicens; *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollis peccata mundi*) æternæ promiſſionis terrã ingrederentur. Per hos tres dies igitur in Pœnitentiæ viam pedum noſtrorum affectus conuertere debemus; Primò peccati tenebras fugientes, deinde, virtutes exercentes, ipſis ducibus ab eo gratiam obtineamus, ac demum in bono perſeuerantes ad æternæ gloriæ fruitionem peruenire valeamus. Ità D. Bernardus in quodam ſermone ad huiuſmodi peregrinationem nos hortatur his verbis; Fugite de medio Babilonis, & ſaluate animas veſtras; conuolate ad vrbes refugij, vt poſſitis de peccatis agere pœnitentiam, & in præſenti obtinere gratiam, & futuram gloriam finaliter præſtolari. Peccatore igitur Pœnitentiæ viam ingrediente, ei conueniunt verba illa Gen. 40. *Tres ſunt dies, poſt quos reſtituat te in gradum priſtinum*, ideſt in priſtinam gratiam, antequam peccares, Pœnitentiæ via, quam ingreſſus es, te reſtituet. Neceſſe enim eſt peccatorem, de duobus alterum eligere; vel dum viuit agere pœnitentiam, quæ breui in hac vita clauditur interuallo, vel in Inferni foueam incidere, ibiquè in æternum cruciari, quare ſi ſapiens eſt, potius hic, modicum pati eliget, quam velle poſtea perpetua ſubire tormenta, quod Dauidis exemplo 2. Regum 24. comprobatur, in cuius manu electione poſita, potius tribus diebus epidimiæ morbum velle pati elegit, quã ſeptem annis famis & inimicorum perſecutionẽ, & hoc propter peccatum ab eo commiſſum cum populum ſuum numerari iuſſit, propter quod, Deus contra illum indignatus eſt. Dauid, qui in Deum deliquit, peccatorem repræſentat, qui propter peccatorũ multitudinem, diuinam contra ſeipſũ prouocauit iuſtitiam, ſed ei electio datur, aut in præſenti vita, Pœnitentiæ viam ingrediens, tres dies pœnales ſuſtineat, ſcilicet contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem, quã ſeptem

Quid per tres dies intelligendum ſit.

D. Bernardi exortatio.

Gen. 40.

Pœnitentiam euadere peccator non poteſt.

Dauidis exemplo, nos dum viuimus pœnitentiam facere debemus.

Pœnitẽtiæ dies qui.

septem annis cruciari, ideſt in æternum (quia ſeptennario totum voluitur tēpus) quare hoſce tres Pœnitentiæ dies eligere melius eſt, vt D. Auguſt. ait. Melius eſt, inquit, modica amaritudo in faucibus, quam æternum tormentum in viſceribus. Pęnitentiæ viam igitur ingredientes, Sol Iuſtitiæ diuinæ ſuæ gratiæ radijs, montis cacumen, ideſt peccatoris pęnitentis mentem niue peccatorum aſperſam attingens, illicò eam euaneſcere facit, quare conueniens eſt Noëma huic Symbolo aptatum, quod eſt: *D. Auguſt.*

CITO' DELABVNTVR, intellige, peccatorum pœnitentium, Niues, quæ in puriſſimam aquam conuertuntur, lucis, & caloris receptiuam, etenim (vt ſuperius diximus in præcedenti Symbolo) Peccatoris iuſtificatio in inſtanti fieri poteſt, modo ex parte noſtra, peccati deteſtatio adſit, & ex parte Dei gratiæ ſuæ collatio accedat, quæ ſemper præſtò eſt, cum peccator Pęnitentiæ viam ingreditur. At cum duplex ſit Pęnitentia, videndum eſt quam requirit Deus: Non enim cuiuſlibet pęnæ tolerantiam, pro Pœnitentia intelligimus, vt cum quis ieiunat, orat, carnem ſuam flagellis corripit, aut alia opera his ſimilia exercet, etenim hæc Pœnitētiæ pars integralis potius dicenda eſt, quam ipſamet Pęnitentia, neque tanti eſt momenti, quòd per ſe peccata remittere poſſit, nam exterioris pœnæ tolerantia, ſi interior deficit, culpas remittere, aut peccati maculas delere haud poteſt, de qua Iſai. 58. ſermo erat, dicens; *Quare ieiunauimus, & non aſpexiſti; humiliauimus animas noſtras, & neſciſti?* & Deus reſpondit: *Ecce in die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra*, intellige, quæ à peccato immunis non eſt, atquè ob id ſubdit. *Nunquid tale eſt Ieiunium, quod elegi, per diem affligere animam ſuam?* Quibus verbis, Deus omnem corporis afflictionem, quam animæ virtus non comitatur, ad delictorum ſuorum veniam conſequendam ineficacem eſſe manifeſtat, quare pœnalitates omnes exteriores, ſine interiori reſipiſcentia, ad culpam remittendam non ſufficere, aſſerit. Vera igitur Pœnitentia, quæ peccata remittere poteſt, interior animæ dolor eſt, & vitæ anteactæ tædium. Medicina enim in vulneris loco, niſi appo-

Noëma declaratur.

Pœnitentia duplex eſt.

Pœnitētia exterior ſola, ad ſalutem nihil prodeſt.

Pœnitētia interior peccata delet.

apponatur, nihil prodest, cum igitur peccati lætale vulnus in anima inflictum sit, vt Mat. 15. habetur; *De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, blasphemiæ, falsa testimonia*; in anima igitur Pœnitentiæ medicina est adhibenda. Frustra igitur corpus, flagellatur, ieiunio affligitur si vulnus in corde erit, eique contritionis medela non applicabitur, Hoc attendens Io. 2. dixit; *Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra, & conuertimini ad Dominum*; idest, contritione; *Scindite corda vestra* peccata detestando, non vestimenta, idest corpora laboribus, & vigilijs vexando, quia exterior Pęnitentia sine interiori, nullius est valoris, quòd si interiori, exteriorem adhibebimus Pęnitentiam, tunc peccatorum niues; CITÒ DELABVNTVR, vt in præassumpto Themate.

Pœnitentia in anima esse debet.

Thema explicatur.

Omnis malitia eorum defluet, Quia cum huiusce Solis radij infinitæ virtutis sint, hinc est, quod in eodem instanti, quo peccator ad detestandum peccatum se disponit, nulla interposita mora omnis malitia; *Sicut cera à facie ignis* euanescit; sed & hæc peccati detestatio, quæ à peccatore efficitur, ipsiusmet diuinæ bonitatis donũ est, quæ admodum de nostra salute sollicita, sua præueniente gratia peccatoris voluntatem ad Pœnitentiæ viam amplectendam mouet, quare per Isai. 65. dixit; *Inueuerunt, qui non quæsierunt me; dixi; Ecce ego, ecce ego ad gentes, quæ non inuocabant nomen meum.* Præclarum sanè infinitæ bonitatis Dei argumentum, quòd à non quærentibus eum, inueniri voluit, & hæc est potissima causa (ni fallor) cur vnigenitus Dei filius, hanc mortalitatis nostræ vestem induere dignatus est, nam *In similitudinem hominum factus, habitu inuentus, vt homo*. Qui non in Regali palatio, nec in aliqua domo nasci voluit, neque locum in diuersorio habere voluit, sed in alieno præsepio positus est, vt omnibus aditum patere ostenderet, & ab eis posset inueniri; oculosq; tenet apertos, vt pauperum clamores exaudiat, vt Psal 19. ait; *Oculi eius in pauperem respiciunt*, idest peccatorẽ, qui omni miseria abundat; *Ego verò egenus, & pauper sum*, clamabat Dauid post perpetratum peccatum; *Et aures eius*

Peccati detestatio Dei donum est.

Amoris Dei præclarum argumentum.

Cur Christus in alieno præsepio nasci voluit.

eius in preces eorum. Oculis igitur, & auribus Christus peccatoris preces attendit. Accidit aliquando, quòd amicus amicum de aliqua re ei pergrata alloquitur, quare, ne verbũ quidem ab illo prolatum perdat, ab eius ore (vt ita dicam) pendet, fixisque oculis eum aspicit, quare id quòd sacra scriptura de Samuele 1 Reg. 2. refert; *Et non cecidit ex omnibus verbis eius in terram*, de illo pariter dici potest; Hoc modo Christus erga peccatores se habet, qui eos, vt conuertantur iugiter expectat. Et suas petitiones obtinent (ait Theodoretus super illis verbis; *In preces eorum*) qui non solum (vt diximus) oculis, ac auribus vigilat, vt nobis cęlestia sua dona conferat, sed nobis occurrit, dicens; *Ecce ego, Ecce ego. Inuenerunt, qui non quæsierunt me*, quibus verbis, illius occursum ad nos manifestat, & vnicuiq; nostrum; ait; *Ecce ego, Ecce ego*. Cum alicuius amici opera egemus, ad eum pergimus, qui (vt plurimum) se domi non esse, dicere facit, aut quòd facere nequit. At è contra, Christus erga nos cum in aliqua necessitate constituti sumus, nobis occurrit, & ipsemet, quid nobis opus sit, interrogat, ipse omnibus necessitatibus nostris subuenire præsto est, dicentis; *Ecce ego, Ecce ego*. Bis idem repetit, nam si aliquis non benè audiuisset, quòd ad subueniendum miseris semper paratus est, ex hac vocis duplicatione quilibet homo sciat, quòd ipse semper paratus est ei auxiliari. Immò repetit, *Ecce ego*, nam si quis beneficij accepti immemor, iterum illum offendisset, nec amplius ad eum accedere auderet, vt reuertatur illi suadet. Quare siuè temporalia sint, quæ nobis deficiũt, siuè spiritualia, cum omni fiducia, mediante Pœnitentia, *Adeamus ad Thronum gratiæ eius*, vt Hebr. 4. Apostolus ait, & misericordiam consequemur facientes *Fructus dignos Pœnitentiæ*, vt in Euang.

Christi desiderium erga peccatoris salutẽ.

Applicatio.

Theod.

Verborum Ecce ego, consideratio.

Amor sũmus Dei ad nos.

Cum omni fiducia ad Deũ accedendũ est.



IN

TIS

IN DIE NAT. D. N. IESV CHRISTI.

ARGVMENTVM.

De immensa Dei clementia erga hominem in Incarnationem mysterio manifestata.

Et Verbum caro factũ est, et habitauit in nobis.
Ioann. Primo.

SYMBOLVM.

LVNA ex qua SOL Oritur.


NOEMA.

SOLA FIDE.

THEMA.

Ex TE enim Ortus est SOL Iustitiæ Christus Deus noster,
Ecclesia.

Symbolum pronunciatur.



VNA, luminare minus est, à Deo, quarto die creatũ, vt Gen. 1. habetur; *Fecit Deus duo luminaria magna; luminare maius, vt præesset diei, & luminare minus, vt præesset nocti*; luminare minus dicitur, quia lucem à Sole habet mutuatã; eclypsatur autem quando Sol recto diametro est in opposito subtus terram; Itẽ mutationi subiecta est, nam prout accedit ad Solem, vel recedit à Sole crescens, aut senescẽs, lumen suũ dispensat, ideoq; semper est instabilis, quare cum Luna Soli ex diametro opponitur, Plenilunium est, at cum apparere desierit, & noua fit, Nouilunium esse dicitur. Hæc, & quãplura alia de Luna dici possent, quæ nõ modicam imperfectionem redolent. Verùm enimuerò, cũ Virgo Deipara Luna esse dicitur (& est luminare minus respectu Christi, qui luminare maius est) hoc excepto, quod à Christo (qui Sol Iustitiæ dicitur, & est *Lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*) lumen suum mutuauit, in reliquis; omnes

Luna luminare minus dicitur.
Luna quando eclypsatur.
Plenilunium quando fit.
Nouilunium quando esse dicitur.
Deipara Virg. Luna dicitur, sed perfecta.

Lunæ

Lunæ imperfectiones sub pedibus habet, vt Apoc. 12. habetur, *Et Luna sub pedibus eius*. Atquè hinc est quod Luna perfecta Deipara Virgo nuncupatur à Regio Psalte ps. 88. *Semel iuraui in sancto meo si David mentiar; semen eius in æternum manebit. Et Thronus eius sicut Sol in conspectu meo, & sicut Luna perfecta in æternum, & testis in cælo fidelis.* Omnes expositores, inter quos D. Hierony. Hil. Theod. Titelm. hoc promissum de Verbi Incarnati Aduentu esse, scilicet de Christo, qui in illo fulgentissimo Throno sedere debebat, de quo Psal. 88. *Thronus eius sicut Sol*, quo mulier illa (de qua Apoc. 12. meminit) amicta erat; *Mulier amicta Sole*; immò *electa vt Sol*, dicebat Sap. Cant. 5. *Pulchra vt Luna*; non vt Luna, quæ inter planetas computatur, sed; *Sicut Luna perfecta in æternum*; *sicut Luna* inquam, ab ipsusmet Dei potentia, post generalem corporum Resurrectionem reformata, quæ ab omni mutabilitate, & imperfectione erit prorsus aliena; de qua Isai. 30. *Erit lux Lunæ sicut lux Solis.* & Cant. 4 dicitur; *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Et quidem sic expediebat, quòd cum, Solem carne sua vestire deberet mystica hæc Luna, conueniens inquam erat, quòd Sol ipse illam omni luce, & splendore pollentem illuminaret quam ab æterno in matrem elegerat; Quare si de vnigenito Dei filio Regius Psaltes dixit Psal. 103. *Amictus lumine; sicut vestimēto*; & Ioan Apoc 12. de Deipara virgine dixit: *Mulier amicta Sole*; quare simili vestimento vsi sunt filius & mater propter quam incomprehensibilem dignitatem per gratiam ab ipso Deo habitant, Virgo Deipara, ea quæ Deus pater, circa filij sui æternam generationem dicit, eadem Virgo in tēpore dicere potest, quare si æternus Pater filium alloquens ait; *Filius meus es tu*; etiam Maria, cum Dei filio loquens, dicere potest; *Filius meus es tu*; Si pater dicit; *Ego hodie genuite te* (æternitatis diem indicando) & Maria ait; *Ego hodie genui te*, scilicet in temporis plenitudine; Si pater dicit; *Hic est filius meus dilectus in quo mihi benè complacui*; eadem verba, & ipsamet Deipara, repetere potest. Si pater ait, Hic filius de mea

Luna imperfectiones sub pedibus tenet Deipara Virgo.

Psal. 88.

Verbi incarnatio pollicetur his verbis.

Psal. 88.

Deipara V. Luna perfecta dicitur, post Resurrectionem reformata.

Deipara V. in filij sui generatione patris concurrit æterni verba. & ipsa repetit.

substantia est genitus ante omnia secula, & Deipara, eodem verba proferre potest in seculo natus. Si pater ait; Hunc filium sine matre ego genui; & immaculata Virgo, respondebit; Hunc filium sine patre humano genui; Tandem si æternus pater Eccl. 24. ait; *Ego feci in cœlis, vt oriretur lumen indeficiens*; & Virgo Deipara dicere potest; Ego feci in terris diuino mediante auxilio, vt oriretur lux vera, *quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*. Ioan. 1. Hac igitur tam excelsa dignitate decorata Virgo, vt filij Dei mater sit, quid mirum si respectu maternitatis, ob relationem ad filium, ipso maior esse dicitur, ac per consequens prodigium (quod pro SYMBOLO proposuimus) Solem videlicet, qui est luminare maius, & lucem suam Lunæ, cęterisquè syderibus communicat, tamen ex Luna, (quæ luminare minus est) exoriri dicimus? Doctrinam hanc à Salomone Eccl. 7. didicimus; *In toto corde* (inquit) *honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ, ne obliuiscaris: Memento quoniam, nisi per illos natus non fuisses, & retribue illis, quomodo illi tibi*. Greca lectio habet; Et quid reddes illis, sicut illi tibi? Etenim solus Dei filius erga dilectissimam matrem, parem potuit reddere satisfactionem. Carnem, & humanam vitam Maria Christo filio dedit: *De qua natus est Iesus, qui vocatur Christus*: Mat. 1. Hæc eadem Christus Virgini matri rependidit, ipsamet testante; Prou. 8. illis verbis; *Dominus possedit me in initio viarum suarum*, quæ verba à septuaginta Interprætibus sic explicantur; Dominus condidit me in initio viarum suarum in opera sua, & D. Ambr. 3. de fid. c. 4. legit, Dominus creauit me. Et subdit: *Ante omnes colles ego parturiebar*, & concludit; *Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo*. Quare si à Dei filio suum recepit esse, & ipsa filio ipso humanum esse tribuit, ipsumquè subditum habuit; *Et erat subditus illis*. Luc. 2. Solem igitur inuisibilem, idest Increatum Verbum, nube carnis vestiuit Deipara Virgo, illiusquè diuinitatis radios obumbrauit dicens, *Solem nube tegam*, vt Ezech. 32. legitur. Verùm ab alijs valdè dissimilis fuit nubes hæc mystica, quæ Solem Christum texit; naturaliter nubes

Deipara Virgo quomodo filio suo dicatur.

Eccl. 7.

Lectio Greca.

Solus Virginis filius ei satisfacere potuit.

Sept. Interp.

D. Ambr.

Luna mystica Solem peperit.

Ezech. 32

bes, Solis radiorũ virtute, sursum eleuata, propter vaporum condensationem, obscura est, & ipsiusmet Solis radios impedit, ne nobis illucescant; At nubes hæc mystica leuissima fuit, & maxima luce perfusa, quæ ab omni peccati labe per gratiam, prorsus aliena; virtutum omnium quæ simplici creaturæ concedi poterant, ipsa exornata est, qua e suis purissimis sanguinibus, veluti vaporibus leuissimis, Spiritu Sancto cooperante, diuinitatis radios cooperuit, quapropter, et si (naturaliter loquendo) Luna à Sole, non Sol à Luna lumen recipiat, tamen per gratiam factum est, vt Christus, qui Sol iustitiæ dicitur, à Virgine (quæ Luna appellatur) quoad assumptam carnem ortus sit, quare, tanquam Incarnati Verbi vera mater, de ipsius Dei perfectionibus, quę ei à natura erãt, ipsa per gratiam particeps facta est, quod Spiritus Sãctus innuere voluisse videtur Cant. 1. illis verbis; *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es*, quæ verba septuaginta Interpretes vertunt, Ecce es speciosa proxima mea, ecce es speciosa; prout ipsamet filium suum alloquendo, dixit; *Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus*. Proxima, & filio similis, in gratiæ plenitudine, Deipara dicitur, quare, si de filio Ioan. 1. dicit, *Vidimus eum plenum gratiæ, & veritatis*, & Gabriel Angelus quando eam salutauit dixit; *Aue gratia plena*. Luc. 1. In eloquentia similes fuerunt filius, & mater quare si de Christo filio, Regius psaltes cecinit ps 44. *Diffusa est gratia in labijs tuis*; & de Maria mater, Sponsus Cant. 4. ait; *Fauus distillans labia tua Sponsa, mel, & lac sub lingua tua*. In nomine conueniunt filius, & mater, nã si de filio 1. Ioan. 4. dicitur; *Deus Charitas est*, & de matre ipsamet Cant. 2. ait *Ordinauit in me charitatem*. Oculos æquales habent partus, & pariens, nam de illo Cant. 5 dicitur; *Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarum*, & de hac ipsemet dicebat; *Oculi tui columbarum absquè eo, quod intrinsecus latet*. Pulchritudinem insuper habent æqualem, quare si de filio scriptum est ps. 44. *Speciosus forma præ filijs hominum* & de matre Cãt 8. dicitur; *Pulcherrima inter mulieres*. In vestitu pariter similes sunt mater, & filius, nam de hoc ps. 103. dicitur; *Amictus*

Nubes naturalis obscura est.

Supernaturaliter à Luna Sol oritur.

Deipara filio in gratia plenitudine similis.

In eloquentia.

In nomine.

In oculis.

In pulchritudine.

In vestitu.

lumine sicut vestimento, & de illa; *Amicta Sole*. Apoc. 12.

In pedibus.

In pedibus demum similes sunt, nam de filij pedibus dicitur, quod sunt *similes auricalco, sicut in camino ardenti*. Apoc. 1. & sub virgineis pedibus luna est; *Et Luna sub pedibus eius*. Apoc. 12. quod intelligendum est (vt diximus) quoad imperfectiones, & mutationes, quas calcat, quare Luna perfecta est in æternum Deipara Virgo, & vt talis ex ea Sol oritur, quod ineffabile prodigium, vt Noema habet.

Noema declaratur. Ezech. 47. Visio, qua Incarnationis mysterium declarat.

NON SINE FIDE, idest Incarnationis mysterium hoc præclarum intelligi à nobis potest. Quod Ezech. 47. per visionem sibi factam manifestatum est. *Et ecce aqua redundantes à latere dextro, cum egrederetur vir ad orientem, qui habebat funiculum in manu sua, & mensus est mille cubitos, & traduxit me per aquã vsq; ad talos: Rursumq; mensus est mille, & traduxit me per aquã vsq; ad genua; Et mensus est mille, & traduxit me per aquam vsquè ad renes. Et mensus est torrentem, quem non potui pertransire, quoniam intumuerant aquæ profundi torrentis, qui non potest transuadari*. Omnes ferè Interpraetes per has aquas fidei mysteria, quæ nos fideles fatemur, aiunt esse intelligenda, quorum; alia sunt, quæ ab humano intellectu comprehendi possunt, alia verò nullo modo.

Aquæ fidei mysteria innuũt.

Sacræ litteræ testantur vnum Deum esse, & hunc vnum, qui cuncta regit & gubernat. Mysterium hoc talos attingit, flumen adhuc transuadari potest, etenim veritatem hanc prisci illi Philosophi, solo rationis discursu ducti, cognouisse perspicuum est. Amplius sacra scriptura affirmat, Deum hunc iustissimum esse, qui peccatores punit & iustos præmiat; Insuper, pro illis maximos cruciatus, pro his verò immẽsam gloriam præparasse. Nunc aquæ magis crescunt, at genua non excedunt, nam; nonnulli ex Philosophis, fidei lumine experti, hæc cognouerunt.

Philosophico Deum esse gnouerunt. Item eum esse iustum.

Amplius animam hanc nostram immortalitate decoratam esse, nec è materiæ potentia eductam esse, Aristoteles illis verbis innuere voluit; Si est aliqua forma, quæ deforis venit, hæc est anima rationalis. Hic crescunt aquæ, & vsquè ad renes perueniunt, sed non suffocant, nam naturalibus rationibus hoc pariter probari potest. Verum enim verò, alia mysteria sunt, quæ; quanto magis humana

Ist. animæ immortalitatem.

intelligentia ea apprehendere nititur, in vanum laborat Tale asserimus esse Incarnationis mysterium, cum nequè ab ipsismet Angelis omni ex parte cognatum fuerit, quòd à Gabriele Archangelo fuit expræssum, qui à Virgine interrogatus circa hoc idem mysterium; *Quomodo fiet illud, quoniam virum non cognosco?* ipsemet huiusce tanti sacramenti excellentiam admirans, respondit, *Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi;* Ac si dixisset Domina mea immensum hoc Incarnationis flumen ingredi (ne dicam transuadare) nequeo; hoc solum scio; quòd; *Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi*, nequè est impossibile apud Deum omne Verbum. Antiquitus Gentiles, cum aliquid impossibile esse significare vellent, communi hoc prouerbio vsi sunt. In tantum hoc possibile est, sicuti fieri potest, quòd Virgo pariat. Quare Polonus inter grauès authores non secundus, refert; Romulum vrbis conditorem in suimet memoriam erexisse, in cuius pedibus, verba hæc erant conscripta. Non cadet, donec Virgo pariat; his verbis innuere volens, statuam illam in æternum duraturam; Immò apud Hebręos pro blasphemia id hebebatur. Hac quippe de causa Isai 53. huiusce mysterij difficultatem perpendens, & quantum illius prædicationi restitissent homines, Deum alloquens dixit: *Domine quis credidit auditui nostro, aut Brachium Domini, cui reuelatum est?* Quasi diceret; impossibilitatem arguit, & ab humano discursu prorsus alienũ est id, quod populis dicturi sumus. Sed quænam hæc sunt ò Sanctę Propheta? *Et ascendit coram eo, sicut virgultum, & sicut radix de terra sitienti;* De Dei filio in hunc mundum per carnis nostræ assumptionem, erat illius sermo. Testimonium nostrum (sic vult dicere) nullum, prædicatioq; nostra inanis erit, quotiescumque dixerimus filium vestrum de inculta terra nasciturum, quare, potentiæ tuæ brachio opus erit, si vis, vt Incarnationis filij tui mysterium credatur, alioquin frustra laborabimus. Hinc est (ni fallor) quòd Deus Gabrielem (qui Dei fortitudo interprætatur) ad hoc negotium tractandum misit, & quidem meritò, cum inter innumera alia ope-

Incarnationis mysteriũ nequè ab Angelis cognitum.

Verborum Angelis explicatio.

Virginem parere apud Gent. impossibile erat, vt crederetur.

Statua à Romulo erecta.

Is 53. mysterij Incarnationis prædicationem arduum negotium esse affirmat.

Isaiæ verba declarantur.

Cur Gabriel ad Virginem missus fuit.

ra ab omnipotenti Deo patrata; opus hoc eximium quo Dei potentia manifestatur secundum locum non obtineat, sic Isaiæ 41. per visionem monstratum est, cui præcepit Deus, vt montẽ ascenderet, atquè Iudæ ciuitatibus, eius fortitudinem manifestaret illis verbis. *Super montem excelsum ascende tu, qui euangelizas Syon; dic ciuitatibus Iudę; Ecce Deus vester; Ecce Dominus in fortitudine veniet.* Cui quidem id, quod per Ierem. 11. ipsemet pollicitus erat, respondere potuisset: *Ego quasi Agnus mansuetus, qui portatur ad victimam.* Non ne carne hanc nostram infirmam, ac debilem induere statuisti, quomodo ergo vis, vt ego populis annunciem, te in fortitudine venire velle? Pro cuius dubij solutione Spiritus Sanctus per Abac. 3. respondet alijs verbis; *Ibi abscondita est fortitudo eius.* Ac si diceret. Vnigenitus Dei filius, carnem hanc nostram assumens, sub hac eius fortitudinem celabit, adeò quòd, nisi fidei oculis poterit à nobis cognosci; & sub illa fragilitate fortitudo eius latitabit; sub mortalitate, vita; sub infirmitate illius infinita virtus erit, & in hoc potissimũ eius gloria apparebit, quia assumptæ carnis vili instrumento, tam præclara facinora faciet. De Banaia Ioiade filio qui exercitus Dauidis præfectus erat, 1. Paralip. 11. historia narrat, quòd inter alia opera memoratu digna; *In media cisterna tempore niuis interfecit Leonem*, qui paulo post *percussit virum Ægyptium, cuius statura erat quinquè cubitorum & habebat lanceam, vt liciatorium texentium*; Banaias verò; *descendit ad eum cum virga, et rapuit hastam, quam tenebat manu, & interfecit eum hasta sua.* Hoc idem, in Incarnationis opere, ab ipsomet vnigenito Dei filio præstitum fuisse affirmamus, qui *Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio est. In diebus niuis, Verbum caro factum est*; nam tunc temporis, charitatis ignis totaliter extinctus erat, & sola humanæ malitię frigiditas regnabat; Tunc mysticus iste Banaias (qui, respondens Domino interpretatur) Christus videlicet, qui æterno patri interroganti; *Quem mittam, & quis ibit nobis? Ipse respondit; Ecce Ego; mitte me.* Isai. 6. Leonem illum de quo 2. Petri 5. Tanquam Leo rugiens: *Circuit quærens, quem* deuoret,

Visio Isaiæ à Deo facta.

Dubium.

Abac 3.
Solutio.

Verba Abacuc declarantur.

Banania præclara facinora.
1. Paral. 11.

Applicatio.

Christus mysticus Banaias est.

Isai. 6.

deuoret, aggressus est in naturæ humanę iam assumptę, vnione qui velut in angusta cisterna positus, illum q; interfecit, & à tyrannica potestate, quam habebat, eiecit: *Et nunc princeps mundi huius eycietur foras.* Ioan. 12. Quod egregiũ facinus, sola humanitatis virga tenui, ab omnibus conculcata, gloriosè perfecit. Hæc inquàm, & his similia, de Sole iustitię, qui ex Luna perfecta ortus est: NON SINE FIDE, possunt à nobis intelligi; quare meritò nos fideles Deiparam alloquentes, præassumpti THEMATIS verba, dicere possumus.

Ex Te enim ortus est Sol Iustitiæ Christus Deus noster. Quòd in temporis plenitudine factum est, & tunc Dauidis promissio psal. 101. adimpleta est, dicentes: *Dominus de cælo sancto suo, Dominus de cęlo in terram aspexit, vt audiret gemitus compeditorum, & solueret filios interemptorum.* Doctor incognitus, hunc locum exponens, pro cęlo hoc, Deiparam Virginem intelligit, quæ per excellentiam, cęlum, & sanctum vocatur. Cęlum inquam, etenim; sicuti cęlum gloriæ, & beatitudinis locus est; sic illius vterus, quando Spiritus Sancti opera, Dei filius conceptus est, ipsiusmet Regis gloriæ locus per nouem menses extitit; seu cęlum à celando, eius venter dictus est, quia diuinitatis filij Dei radios, eius purissimis sanguinibus mediantibus celauit; Sanctus etiam Virginalis vterus vocatur, ita Angelus Luc. 1. dixit; *Ideòque, & quod nascetur Sanctum, vocabitur filius Dei,* qui ipsamet sanctitas erat. In hoc igitur cęlo sancto, Dei filius, pietatis oculos & aures suscepit, & terram versus, idest hominem, qui terra est, & in terram reuertetur, aspexit; *Vt audiret gemitus compeditorum,* idest hominum qui in propriæ culpę vitijs erant constricti; *Et solueret filios interemptorum* (idest, Adæ, & vxoris illius) qui in terrestri paradiso, ob diuini præcepti contemptum necati sunt, quare lętari debemus quia *Verbum caro factum est,* vt in Euangelio, & ad vitam gratiæ nos restituit.

Thema explicatur.

Psal. 101.

Dauidis promissio adimpletur.

Deipara Vcælũ esse dicitur.

Homo terra est, quã Christus aspexit.

IN

apponatur,nihil prodest, cum igitur peccati lætale vulnus in anima inflictum sit, vt Mat. 15. habetur; *De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, blasphemiæ, falsa testimonia*; in anima igitur Pœnitentiæ medicina est adhibenda. Frustra igitur corpus, flagellatur, ieiunio affligitur si vulnus in corde erit, eique contritionis medela non applicabitur, Hoc attendens Io. 2. dixit; *Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra, & conuertimini ad Dominum*; idest, contritione; *Scindite corda vestra* peccata detestando, non vestimenta, idest corpora laboribus, & vigilijs vexando, quia exterior Pœnitentia sine interiori, nullius est valoris, quòd si interiori, exteriorem adhibebimus Pœnitentiam, tunc peccatorum niues; CITÒ DELABVNTVR, vt in præassumpto Themate.

Pœnitentia in anima esse debet.

Omnis malitia eorum defluet, Quia cum huiusce Solis radij infinitæ virtutis sint, hinc est, quod in eodem instanti, quo peccator ad detestandum peccatum se disponit, nulla interposita mora omnis malitia; *Sicut cera à facie ignis* euanescit; sed & hæc peccati detestatio, quæ à peccatore efficitur, ipsiusmet diuinæ bonitatis donũ est, quæ admodum de nostra salute sollicita, sua præueniente gratia peccatoris voluntatem ad Pœnitentiæ viam amplectendam mouet, quare per Isai. 65. dixit; *Inuenerunt, qui non quæsierunt me; dixi; Ecce ego, ecce ego ad gentes, quæ non inuocabant nomen meum.* Præclarum sanè infinitæ bonitatis Dei argumentum, quòd à non quærentibus eum, inueniri voluit, & hæc est potissima causa (ni fallor) cur vnigenitus Dei filius, hanc mortalitatis nostræ vestem induere dignatus est, nam *In similitudinem hominum factus, habitu inuentus, vt homo*. Qui non in Regali palatio, nec in aliqua domo nasci voluit, neque locum in diuersorio habere voluit, sed in alieno præsepio positus est, vt omnibus aditum patere ostenderet, & ab eis posset inueniri; oculosq; tenet apertos, vt pauperum clamores exaudiat, vt Psal. 19. ait; *Oculi eius in pauperem respiciunt*, idest peccatorẽ, qui omni miseria abundat; *Ego verò egenus, & pauper sum*, clamabat Dauid post perpetratum peccatum; *Et aures eius*

Thema explicatur.

Peccati detestatio Dei donum est.

Amoris Dei præclarum argumentum.

Cur Christus in alieno præsepio nasci voluit.

eius in preces eorum. Oculis igitur, & auribus Christus peccatoris preces attendit. Accidit aliquando, quòd amicus amicum de aliqua re ei pergrata alloquitur, quare, ne verbū quidem ab illo prolatum perdat, ab eius ore (vt ita dicam) pendet, fixisque oculis eum aspicit, quare id quòd sacra scriptura de Samuele 1 Reg. 2. refert; *Et non cecidit ex omnibus verbis eius in terram*, de illo pariter dici potest; Hoc modo Christus erga peccatores se habet: qui eos, vt conuertantur iugiter expectat. Et suas petitiones obtinent (ait Theodoretus super illis verbis; *In preces eorum*) qui non solum (vt diximus) oculis, ac auribus vigilat, vt nobis cęlestia sua dona conferat, sed nobis occurrit, dicens; *Ecce ego, Ecce ego. Inuenerunt, qui non quæsierunt me*, quibus verbis, illius occursum ad nos manifestat, & vnicuiq; nostrum; ait; *Ecce ego, Ecce ego*. Cum alicuius amici opera egemus, ad eum pergimus, qui (vt plurimum) se domi non esse, dicere facit, aut quòd facere nequit. At è contra, Christus erga nos cum in aliqua necessitate constituti sumus, nobis occurrit, & ipsemet, quid nobis opus sit, interrogat, ipse omnibus necessitatibus nostris subuenire præsto est, dicentis; *Ecce ego, Ecce ego*. Bis idem repetit, nam si aliquis non benè audiuisset, quòd ad subueniendum miseris semper paratus est, ex hac vocis duplicatione quilibet homo sciat, quòd ipse semper paratus est ei auxiliari. Immò repetit, *Ecce ego*, nam si quis beneficij accepti immemor, iterum illum offendisset, nec amplius ad eum accedere auderet, vt reuertatur illi suadet. Quare siuè temporalia sint, quæ nobis deficiūt, siuè spiritualia, cum omni fiducia, mediante Pœnitentia, *Adeamus ad Thronum gratiæ eius*, vt Hebr. 4. Apostolus ait, & misericordiam consequemur facientes *Fructus dignos Pœnitentiæ*, vt in Euang.

Christi desiderium erga peccatoris salutē.

Applicatio.

Theod.

Verborum Ecce ego, consideratio.

Amor sūmus Dei ad nos.

Cum omni fiducia ad Deū accedendū est.



IN

TIS

IN DIE NAT. D. N. IESV CHRISTI.

ARGVMENTVM.

De immensa Dei clementia erga hominem in Incarnationem mysterio manifestata.

Et Verbum caro factũ est, et habitauit in nobis. *Ioann. Primo.*

SYMBOLVM.

LVNA ex qua SOL Oritur.

NOEMA.

SOLA FIDE.

THEMA.

Ex TE enim Ortus est SOL Iustitiæ Christus Deus noster. Ecclesia.

Symbolum pronunciatur.



VNA, luminare minus est, à Deo, quarto die creatũ, vt Gen. 1. habetur; *Fecit Deus duo luminaria magna; luminare maius, vt præesset diei, & luminare minus, vt præesset nocti*; luminare minus dicitur, quia lucem à Sole habet mutuatã; eclypsatur autem quando Sol recto diametro est in opposito subtus terram; Itẽ mutationi subiecta est, nam prout accedit ad Solem, vel recedit à Sole crescens, aut senescẽs, lumen suũ dispensat, ideoq; semper est instabilis, quare cum Luna Soli ex diametro opponitur, Plenilunium est, at cum apparere desierit, & noua fit, Nouilunium esse dicitur. Hæc, & quãplura alia de Luna dici possent, quæ nõ modicam imperfectionem redolent. Verùm enimuerò, cũ Virgo Deipara Luna esse dicitur (& est luminare minus respectu Christi, qui luminare maius est) hoc excepto, quod à Christo (qui Sol Iustitiæ dicitur, & est *Lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*) lumen suum mutuauit, in reliquis; omnes

Luna luminare minus dicitur.
Luna quando eclypsatur.
Plenilunium quando fit.
Nouilunium quando esse dicitur.
Deipara Virg. Luna dicitur, sed perfecta.

Lunæ

Lunæ imperfectiones sub pedibus habet, vt Apoc. 12. habetur, *Et Luna sub pedibus eius*. Atquè hinc est quod Luna perfecta Deipara Virgo nuncupatur à Regio Psalte ps. 88. *Semel iuraui in sancto meo si Dauid mentiar; semen eius in æternum manebit. Et Thronus eius sicut Sol in conspectu meo, & sicut Luna perfecta in æternum, & testis in cælo fidelis.* Omnes expositores, inter quos D. Hierony. Hil. Theod. Titelm. hoc promissum de Verbi Incarnati Aduentu esse, scilicet de Christo, qui in illo fulgentissimo Throno sedere debebat, de quo Psal. 88. *Thronus eius sicut Sol*, quo mulier illa (de qua Apoc. 12. meminit) amicta erat; *Mulier amicta Sole*; immò *electa vt Sol*, dicebat Sap. Cant. 5. *Pulchra vt Luna*; non vt Luna, quæ inter planetas computatur, sed; *Sicut Luna perfecta in æternum*; *sicut Luna* inquam, ab ipsiusmet Dei potentia, post generalem corporum Resurrectionem reformata, quæ ab omni mutabilitate, & imperfectione erit prorsus aliena; de qua Isai. 30. *Erit lux Lunæ sicut lux Solis*. & Cant. 4. dicitur; *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te*. Et quidem sic expediebat, quòd cum, Solem carne sua vestire deberet mystica hæc Luna, conueniens inquam erat, quòd Sol ipse illam omni luce, & splendore pollentem illuminaret, quam ab æterno in matrem elegerat; Quare si de vnigenito Dei filio Regius Psaltes dixit Psal. 103. *Amictus lumine; sicut vestimēto*; & Ioan. Apoc 12. de Deipara virgine dixit: *Mulier amicta Sole*; quare simili vestimento vsi sunt filius & mater, propter quam in comprehensibilem dignitatem per gratiam ab ipso Deo habitant, Virgo Deipara, ea quæ Deus pater, circa filij sui æternam generationem dicit, eadem Virgo in tēpore dicere potest, quare si æternus Pater filium alloquens ait; *Filius meus es tu*; etiam Maria, cum Dei filio loquens, dicere potest; *Filius meus es tu*; Si pater dicit; *Ego hodie genuite te* (æternitatis diem indicando) & Maria ait; *Ego hodie genui te*, scilicet in temporis plenitudine; Si pater dicit; *Hic est filius meus dilectus in quo mihi benè complacui*; eadem verba, & ipsamet Deipara, repetere potest. Si pater ait, Hic filius de mea

Lunæ imperfectiones sub pedibus tenet Deipara Virgo.

Psal. 88.

Verbi incarnatio pollicetur his verbis.

Psal. 88.

Deipara V. Luna perfecta dicitur, post Resurrectionem reformata.

Deipara V. in filij sui generatione patris cōcurrit æterni verba, & ipsa repetit.

G sub-

substantia est genitus ante omnia secula, & Deipara, eadem verba proferre potest in seculo natus. Si pater ait; Hunc filium sine matre ego genui; & immaculata Virgo, respondebit; Hunc filium sine patre humano genui; Tandem si æternus pater Eccl 24. ait; *Ego feci in cœlis, vt oriretur lumen indeficiens*; & Virgo Deipara dicere potest; Ego feci in terris diuino mediante auxilio, vt oriretur lux vera, *quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*. Ioan. 1. Hac

Deipara Virgo quomodo filio suo dicatur.

igitur tam excelsa dignitate decorata Virgo, vt filij Dei mater sit, quid mirum si respectu maternitatis, ob relationem ad filium, ipso maior esse dicitur, ac per consequens prodigium (quod pro SYMBOLO proposuimus) Solem videlicet, qui est luminare maius, & lucem suam Lunæ, ceterisquè syderibus communicat, tamen ex Luna, (quæ luminare minus est) exoriri dicimus? Doctrinam hanc à Salomone Eccl. 7. didicimus;

Eccl. 7.

In toto corde (inquit) *honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ, ne obliuiscaris: Memento quoniam, nisi per illos natus non fuisses, & retribue illis, quomodo illi tibi*. Greca lectio

Lectio Greca.

habet; Et quid reddes illis, sicut illi tibi? Etenim solus Dei filius erga dilectissimam matrem, parem potuit reddere satisfactionem. Carnem, & humanam vitam Maria Christo

Solus Virginis filius ei satisfacere potuit.

filio dedit: *De qua natus est Iesus, qui vocatur Christus*: Mat. 1. Hæc eadem Christus Virgini matri rependidit, ipsamet testante; Prou. 8. illis verbis; *Dominus possedit me in initio viarum suarum*, quæ verba à septuaginta Interpretibus

Sept. Interp.

sic explicantur; Dominus condidit me in initio viarum suarum in opera sua, & D. Ambr. 3. de fid. c. 4. legit, Dominus

D. Ambr.

creauit me. Et subdit: *Ante omnes colles ego parturiebar*, & concludit; *Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo*. Quare si à Dei filio suum recepit esse, & ipsa filio ipso humanum esse tribuit, ipsumquè subditum habuit; *Et erat subditus illis*. Luc. 2. Solem igitur inuisibilem, idest Increatum

Luna mystica Solem peperit.

Verbum, nube carnis vestiuit Deipara Virgo, illiusquè diuinitatis radios obumbrauit dicens, *Solem nube tegam*, vt

Ezech 32.

Ezech. 32. legitur. Verùm ab alijs valdè dissimilis fuit nubes hæc mystica, quæ Solem Christum texit; naturaliter nu-

bes

bes, Solis radiorũ virtute, sursum eleuata, propter vaporum condensationem, obscura est, & ipsiusmet Solis radios impedit, ne nobis illucescant; At nubes hæc mystica leuissima fuit, & maxima luce perfusa, quæ ab omni peccati labe per gratiam, prorsus aliena; virtutum omnium quæ simplici creaturæ concedi poterant, ipsa exornata est, qua e suis purissimis sanguinibus, veluti vaporibus leuissimis, Spiritu Sancto cooperante, diuinitatis radios cooperuit, quapropter, etsi (naturaliter loquendo) Luna à Sole, non Sol à Luna lumen recipiat; tamen per gratiam factum est, vt Christus, qui Sol iustitiæ dicitur, à Virgine (quæ Luna appellatur) quoad assumptam carnem ortus sit, quare, tanquam Incarnati Verbi vera mater, de ipsius Dei perfectionibus, quę ei à natura erãt, ipsa per gratiam particeps facta est, quod Spiritus Sãctus innuere voluisse videtur Cant. 1. illis verbis; *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es*, quæ verba septuaginta Interpretes vertunt, Ecce es speciosa proxima mea, ecce es speciosa; prout ipsamet filium suum alloquendo, dixit; *Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus.* Proxima, & filio similis, in gratiæ plenitudine, Deipara dicitur, quare, si de filio Ioan. 1. dicit, *Vidimus eum plenum gratiæ, & veritatis*, & Gabriel Angelus quando eam salutauit dixit; *Aue gratia plena.* Luc. 1. In eloquentia similes fuerunt filius, & mater quare si de Christo filio, Regius psaltes cecinit ps. 44. *Diffusa est gratia in labys tuis*; & de Maria mater, Sponsus Cant. 4. ait; *Fauus distillans labia tua Sponsa, mel, & lac sub lingua tua.* In nomine conueniunt filius, & mater, nã si de filio 1. Ioan. 4. dicitur; *Deus Charitas est*, & de matre ipsamet Cant. 2. ait *Ordinauit in me charitatem.* Oculos æquales habent partus, & pariens, nam de illo Cant. 5 dicitur; *Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarum*, & de hac ipsemet dicebat; *Oculi tui columbarum absque eo, quod intrinsecus latet.* Pulchritudinem insuper habent æqualem, quare si de filio scriptum est ps. 44. *Speciosus forma præ filys hominum* & de matre Cãt 8. dicitur; *Pulcherrima inter mulieres.* In vestitu pariter similes sunt mater, & filius, nam de hoc ps. 103. dicitur; *Amictus*

Nubes naturalis obscura est.

Supernaturaliter à Luna Sol oritur.

Deipara filio in gratia plenitudine similis.

In eloquentia.

In nomine.

In oculis.

In pulchritudine.

In vestitu.

lumine ficut vestimento, & de illa; *Amicta Sole*. Apoc. 12.

In pedibus. In pedibus demum similes sunt, nam de filij pedibus dicitur, quod sunt *similes auricalco, sicut in camino ardenti*. Apoc. 1. & sub virgineis pedibus luna est; *Et Luna sub pedibus eius*. Apoc. 12. quod intelligendum est (vt diximus) quoad imperfectiones, & mutationes, quas calcat, quare Luna perfecta est in æternum Deipara Virgo, & vt talis ex ea Sol oritur, quod ineffabile prodigium, vt Noema habet.

Noema declaratur.

Ezech. 47. Visio, qua Incarnationis mysterium declarat.

NON SINE FIDE, idest Incarnationis mysterium hoc præclarum intelligi à nobis potest. Quod Ezech. 47. per visionem sibi factam manifestatum est. *Et ecce aqua redundantes à latere dextro, cum egrederetur vir ad orientem, qui habebat funiculum in manu sua, & mensus est mille cubitos, & traduxit me per aquã vsq; ad talos: Rursumq; mensus est mille, & traduxit me per aquã vsq; ad genua; Et mensus est mille, & traduxit me per aquam vsquè ad renes. Et mensus est torrentem, quem non potui pertransire, quoniam intumuerant aquæ profundi torrentis, qui non potest transuadari.* Omnes ferè Interprætes per has aquas fidei mysteria, quæ nos fideles fatemur, aiunt esse intelligenda, quorum; alia sunt, quæ ab humano intellectu comprehendi possunt, alia verò nullo modo.

Aquæ fidei mysteria innuũt.

Sacræ litteræ testantur vnum Deum esse, & hunc vnum, qui cuncta regit & gubernat. Mysterium hoc talos attingit, flumen adhuc transuadari potest, etenim veritatem hanc prisci illi Philosophi, solo rationis discursu ducti, cognouisse perspicuum est. Amplius sacra scriptura affirmat, Deum hunc iustissimum esse, qui peccatores punit & iustos præmiat; Insuper pro illis maximos cruciatus, pro his verò immẽsam gloriam præparasse. Nunc aquæ magis crescunt, at genua non excedunt, nam; nonnulli ex Philosophis, fidei lumine experti, hæc cognouerunt. Amplius animam hanc nostram immortalitate decoratam esse, nec è materiæ potentia eductam esse, Aristoteles illis verbis innuere voluit; Si est aliqua forma, quæ deforis venit, hæc est anima rationalis. Hic crescunt aquæ, & vsquè ad renes perueniunt, sed non suffocant, nam naturalibus rationibus hoc pariter probari potest. Verum enimverò, alia mysteria sunt, quæ; quanto magis humana

Philosophico Deum esse gnouerunt. Item eum esse iustum.

Ist animæ immortalitatem.

intelligentia ea apprehendere nititur, in vanum laborat Tale asserimus esse Incarnationis mysterium, cum neque ab ipsismet Angelis omni ex parte cognatum fuerit, quòd à Gabriele Archangelo fuit expræssum, qui à Virgine interrogatus circa hoc idem mysterium; *Quomodo fiet illud, quoniam virum non cognosco?* ipsemet huiusce tanti sacramenti excellentiam admirans, respondit, *Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obnmbrabit tibi*; Ac si dixisset Domina mea immensum hoc Incarnationis flumen ingredi (ne dicam transuadare) nequeo; hoc solum scio; quòd; *Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi*, nequè est impossibile apud Deum omne Verbum. Antiquitus Gentiles, cum aliquid impossibile esse significare vellent, communi hoc prouerbio vsi sunt. In tantum hoc possibile est, sicuti fieri potest, quòd Virgo pariat. Quare Polonus inter graues authores non secundus, refert; Romulum vrbis conditorem in suimet memoriam erexisse, in cuius pedibus, verba hæc erant conscripta. Non cadet, donec Virgo pariat; his verbis innuere volens, statuam illam in æternum duraturam; Immò apud Hebręos pro blasphemia id hebebatur. Hac quippe de causa Isai 53. huiusce mysterij difficultatem perpendens, & quantum illius prædicationi restitissent homines, Deum alloquens dixit: *Domine quis credidit auditui nostro, aut Brachium Domini, cui reuelatum est?* Quasi diceret; impossibilitatem arguit, & ab humano discursu prorsus alienũ est id, quod populis dicturi sumus. Sed quænam hæc sunt ò Sanctę Propheta? *Et ascendit coram eo, sicut virgultum, & sicut radix de terra sitienti*; De Dei filio in hunc mundum per carnis nostræ assumptionem, erat illius sermo. Testimonium nostrum (sic vult dicere) nullum, prædicatioq; nostra inanis erit, quotiescumque dixerimus filium vestrum de inculta terra nasciturum, quare, potentiæ tuæ brachio opus erit, si vis, vt Incarnationis filij tui mysterium credatur, alioquin frustra laborabimus. Hinc est (ni fallor) quòd Deus Gabrielem (qui Dei fortitudo interpræstatur) ad hoc negotium tractandum misit, & quidem meritò, cum inter innumera alia ope-

Incarnationis mysteriũ neq; ab Angelis cognitum.

Verborum Angeli explicatio.

Virginem parere apud Gent. impossibile erat, vt crederetur.

Statua à Romulo erecta.

Is 53. mysterij Incarnationis prædicationem arduum negotium esse affirmat.

Isaia verba declarantur.

Cur Gabriel ad Virginem missus sit.

ra ab omnipotenti Deo patrata, opus hoc eximium quo Dei potentia manifestatur secundum locum non obtineat, sic Isaiæ 41. per visionem monstratum est, cui præcepit Deus, vt monte ascenderet, atque Iudæ ciuitatibus, eius fortitudinem manifestaret illis verbis. *Super montem excelsum ascende tu, qui euangelizas Syon; dic ciuitatibus Iudę; Ecce Deus vester; Ecce Dominus in fortitudine veniet.* Cui quidem id, quod per Ierem. 11. ipsemet pollicitus erat, respondere potuisset: *Ego quasi Agnus mansuetus, qui portatur ad victimam.* Non ne carne hanc nostram infirmam, ac debilem induere statuisti, quomodo ergo vis, vt ego populis annunciem, te in fortitudine venire velle? Pro cuius dubij solutione Spiritus Sanctus per Abac. 3. respondet alijs verbis; *Ib absconditа est fortitudo eius.* Ac si diceret. Vnigenitus Dei filius, carnem hanc nostram assumens, sub hac eius fortitudinem celabit, adeò quòd, nisi fidei oculis poterit à nobis cognosci; & sub illa fragilitate fortitudo eius latitabit; sub mortalitate, vita; sub infirmitate illius infinita virtus erit, & in hoc potissimũ eius gloria apparebit, quia assumptæ carnis vili instrumento, tam præclara facinora faciet. De Banaia Ioiade filio qui exercitus Dauidis præfectus erat, 1. Paralip. 11. historia narrat, quòd inter alia opera memoratu digna; *In media cisterna tempore niuis interfecit Leonem,* qui paulo post *percussit virum Ægyptium, cuius statura erat quinquè cubitorum & habebat lanceam, vt liciatorium texentium;* Banaias verò; *descendit ad eum cum virga, et rapuit hastam, quam tenebat manu, & interfecit eum hasta sua.* Hoc idem, in Incarnationis opere, ab ipsomet vnigenito Dei filio præstitum fuisse affirmamus, qui *Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio est. In diebus niuis, Verbum caro factum est;* nam tunc temporis, charitatis ignis totaliter extinctus erat, & sola humanæ malirię frigiditas regnabat; Tunc mysticus iste Banaias (qui respondens Domino interpretatur) Christus videlicet, qui æterno patri interroganti; *Quem mittam, & quis ibit nobis? Ipse respondit; Ecce Ego; mitte me.* Isai. 6. Leonem illum de quo 2. Petri 5. Tanquam Leo rugiens: *Circuit quærens, quem*

deuoret,

Visio Isaiæ à Deo facta.

Dubium.

Abac 3. Solutio.

Verba Abacuc declarantur.

Banaiæ præclara facinora.

1. Paral. 11.

Applicatio.

Christus mysticus Banaias est.

Isai. 6.

deuoret. aggressus est in naturæ humanę iam assumptę, vnione qui veluti in angusta cisterna prius, illum q; interfecit, & à tyrannica potestate, quam habebat, eiecit: *Et nunc princeps mundi huius eycietur foras*. Ioan. 12 Quòd egregiũ facinus, sola humanitatis virga tenui, ab omnibus conculcata, gloriosè perfecit. Hæc inquàm, & his similia, de Sole iustitię, qui ex Luna perfecta ortus est: NON SINE FIDE, possunt à nobis intelligi; quare meritò nos fideles Deiparam alloquentes, præassumpti THEMATIS verba, dicere possumus.

Ex Te enim ortus est Sol Iustitiæ Christus Deus noster. Quòd in temporis plenitudine factum est, & tunc Dauidis promissio psal 101. adimpleta est, dicentes: *Dominus de cælo sancto suo, Dominus de cęlo in terram aspexit, vt audiret gemitus compeditorum, & solueret filios interemptorum*. Doctor incognitus, hunc locum exponens, pro cęlo hoc, Deiparam Virginem intelligit, quæ per excellentiam, cęlum, & sanctum vocatur. Cęlum inquam, etenim; sicuti cęlum gloriæ, & beatitudinis locus est; sic illius vterus, quando Spiritus Sancti opera, Dei filius conceptus est, ipsiusmet Regis gloriæ locus per nouem menses extitit; seu cęlum à celando, eius venter dictus est, quia diuinitatis filij Dei radios, eius purissimis sanguinibus mediantibus celauit; Sanctus etiam Virginalis vterus vocatur, ita Angelus Luc. 1. dixit; *Ideòquè, & quod nascetur Sanctum, vocabitur filius Dei*, qui ipsamet sanctitas erat. In hoc igitur cęlo sancto, Dei filius, pietatis oculos & aures suscepit, & terram versus, idest hominem, qui terra est, & in terram reuertetur, aspexit; *Vt audiret gemitus compeditorum*, idest hominum qui in propriæ culpę vitijs erant constricti; *Et solueret filios interemptorum* (idest, Adæ, & vxoris illius) qui in terrestri paradiso, ob diuini præcepti contemptum necati sunt, quare lętari debemus quia *Verbum caro factum est*, vt in Euangelio, & ad vitam gratiæ nos restituit.

Thema explicatur.

Psal 101.

Dauidis promissio adimpletur.

Deipara V. cœlũ esse dicitur.

Homo terra est, quã Christus aspexit.

IN FESTO S. STEPHANI PROTOM.

ARGVMENTVM.
DE INIMICIS DILIGENDIS.

Domine ne statuas illis hoc peccatum.
Act. VII.

SYMBOLVM.
Ingens IGNIS, à maximis imbribus supra, & à fluminis impetu infrà vexatus.

NOEMA.
POTIVS AVGETVR.

THEMA.
AQVÆ multę non potuerunt extinguere CHARITATEM, neque FLVMINA obruent illam. Cant. VIII.

Symbolum pronunciatur. Ignis & eius qualitates.



GNIS à gignendo, id est nascendo, dicitur, quod in eo nihil nascitur, & inter quatuor elementa à summo rerum omnium opifice creata, computatur, cuius actiuitas tãta est, quòd omnia combustibilia ad nihilum redigit, eique Aqua contrariatur. IGNEM amoris, & charitatis symbolũ esse, passim in sacra scriptura reperitur, sed potissimum 1. Ioan. 4. habetur, nam eò loci, Deum ipsum definiens, dixit; *Deus Charitas est*; Ille inquam Deus de quo Deuter. 4. dicitur: *Deus noster ignis consummens est*, vnigenitum Dei filium, qui carnẽ hanc nostrã assumere debebat, significans, & *Deus noster* dicitur, quia humanitate nostra assumpta, nobiscum conuersatus est, ac pro nobis satisfecit, ipse inquam; *ignis consummens* dictus est, quia nostras consumpsit culpas, qui è cęlo veniens, amoris sui *ignem venit mittere in terram, & quid volo nisi vt ardeat?* (dicebat ipsemet) volens quod *Ignis in altari suo arderet*, vt Leuit. 6. habetur. AQVÆ autem, quæ hũc dilectionis ignem pro

Ignis amoris symbolum.

Deus ignis est.

Christus Deus noster dicitur.

pro viribus extinguere nituntur, Tribulationes, & persecutiones, quas iusti in hac vita patiuntur, innuere, Regius Psaltes testatum reliquit Psal. 68. dum ad Deum clamabat, dicens; *Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt Aquæ vsque ad animam meam;* Quæ verba ab Incognito sic expenduntur, dicẽs; Rectè enim in aquis, aduersitas vitę præsentis figuratur; quoniam sicut in aqua res leues supernatant, & eminent, vt ligna; res autem graues submerguntur, vt plumbum, & ferrum; sic leues & bonos homines peccati pondere non grauatos, aduersa sursum eleuãtur per gratiam, & ad Deum ipsorum mentes dirigunt; sed malos & graues, scilicet peccatis implicitos, per impatiẽtiã submergunt. Et hoc valde quadrat Sap. 10 dicto, *Transuexit illos* (intellige bonos) *per aquam nimiam; inimicos autẽ eorum (* scilicet malos*) demersit in mare*. Adde, quòd Iustus, quouis modo tribulatus sit, eas in corde lętus recipit, certò sciens verum esse Christi dictum illud; *Oportet per multas Tribulationes introire in regnum cęlorum, per multas* (inquit) quia aliæ dãtur à Deo, vt peccator resipiscat, & à peccãdi consuetudine cesset, sic Regius Psaltes exorabat ps 82. *Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine;* aliç vt manifestentur opera Dei; sicut de cęco illuminato Io 9. legitur; & aliç alijs de causis, quas nos homunculi inquirere non valemus, hoc certo scientes quod aquarum harũ impetus hominis vires numquam excedunt, Apostolo teste 1. Cor. 10. *Fidelis Deus, qui non patietur vos tẽtari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione prouẽtum.* Quæ sanè veritas ab ipsomet Deo declarata est in visione illa quam Ieremiæ 1. fecit, cui dixit: *Quid tu vides Ieremia?* qui respondit; *Virgã vigilantem ego video.* Duo sunt in visione hac & illa consideratione digna; ac primo ipsamet Virga. Quod si ex quo genere ligni, Virga hæc esset, scire volumus; septuaginta Interpretes, & cũ eis D. Hierony. respondent; Baculum nuceum; & D. Theodoretus, Virgam hanc amygdalinam fuisse asserit Ex quo apparet, quòd Tribulationes, quas Deus fidelibus immittit, ex nuceis, vel agmydalinæ Virga datæ sunt, quarum plantarum fructus, licet in cortice, amaritudine sint aspersi, nucleũ, tamen,

Aquæ Tribulationes innuunt.
Psal. 68.
Doctor Incog.
Sap 10.
Iustus quouis modo tribuletur, patienter sustinet.
Christi verba explicantur.
Tribulatio nõ excedit. Tribulatio vires.
Ierem 1.
Visio terrifica Tr... o...
solari deb...
Sept Inter.
Theod.
Virga illa ex quo ligno erat.

omni dulcedine affluentem, intus habent, quod, cũ Regius Psaltes experimento id didicisset, ps. 22. dixit; *Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.* Virga enim, pœnæ Symbolũ est, baculus verò consolationis; nam baculo infirmus subleuatur, & in Hebreo Baculus, idem est, quod fulcrum, hominem (ne cadat) sustinens, vt fidelis sint, cum à Deo tribulatur qui vna manu illum percutit altera verò eum sustinet ne in desperationis foueam cadat, & vt Remig. Altisiodoren. ait; Nõ solum quod parcis, in eo consolaris (Christum enim alloquebatur) sed & in eo, quod flagellas; quia, quẽ pater diligit corripit & est iuxta Dauidis mentem, qui postquam dixisset; *Virga tua, & baculus, &c.* subdit: *Parasti in conspectu meo mensam, aduersus eos, qui tribulant me*, sicuti Angeli Christo fecerunt in deserto, habita ab ipso victoria aduersus Dęmonem; vt Mat. 4. *Et ecce Angeli accesserunt, & ministrabant ei.* Est & aliud obseruatione dignum in supradicta visione. Ieremię facta, & est; quòd in virgæ summitate, oculum vidit Sanctus Propheta; *Virgam vigilantem ego video.* Virga, Prouidentiæ Symbolum est, vt Alciatus refert; Antiqui, manum cum oculo pingebant, Vnde; Occultam manum dicebant eam esse, vt innuerent (quicquid alij dicant de hoc) illum oculũ in manu habere, qui cum prudentia operatur At Deus cum aliquẽ tribulat, non solum in manu oculũ habet, sed & in ipsamet Virga, qua iustum flagellat. quia *cum tentatione facit prouentum*, & quòd quemlibet in Tribulationum, & persecutionum perpessione constitutum maximè confirmare debet, Apostoli ad Philip. 1. dictum memoriæ commendandum est. *In nullo terreamini ab aduersarijs; quæ illis est causa perditionis, vobis autẽ salutis & hoc à Deo, quia vobis datum est pro Christo, non solum, vt in eum credatis, sed etiã, vt pro illo patiamini.* Quę verba perpendenda sunt; ac primo ille dicendi modus, quo vsus est dicens; *Quia vobis donatum est pro Christo*, obseruatione dignum est. Per excellentiam, aliqua Deus, sua vocat, quã uis omnia sua sint; *Tui sũt cęli, et tua est terra*; Filij Seth, vt Gẽ. 6. legitur cum cęteris perfectiores essent, Sacra Scriptura ait; *Videntes filij Dei, &c.* Sic *Montes Dei, Cedros Dei*, & alia quãplura.

Psal. 22.

Virga pœnæ symbolum.

Remig. Alt.

Post tribulationem consolatio sequitur.

Oculus in virgæ summitate, quid.

Virga prudentiæ symbolum.

Oculum in manu habere, qd.

Apostoli verba Tribulatũ confortant.

Verba Apostoli examinatur

plura. Ita sanè tribulationes,& persecutiones quas Deus immittit dona esse asserit. Magnum equidem est homini concedere facultatem, quòd mortuos ad vitam reuocare possit,sed maius est tribulationibus cruciari, quod attendens D Chry. hom. ad Philip dixit. Gratuitum enim est,ac maioris admirationis,quàm sit re vera mortuos excitare, & signa miranda patrare;nam illic quidem debitor sum,hic verò debitorem ha beo Christum. Quibus verbis Theoph. in c. 2 ad Phil.addit; O rē admiratione dignam,& donat mihi, & super hoc debet mihi Aliud,quod obseruatione dignum esse censeo, verbum illud est, *pro Christo*,quod cum verbo illo; *datum*,construendum est,ideo ipsemet Theophilatus subdit. Præmium ergo, & remuneratio Christi laborū labores nostri. Ac si dicere voluisset.Qui scire cupit, quantum Tribulationes quas nos patimur, valeant; recogitet, has Christi præmium fuisse, quare deificatæ sunt,& infiniti valoris, quòd si Christi Tribulationes (qui Ecclesiæ caput est) mercedem merentur infinitā, sic & nostræ, qui eius membra sumus,tali præmio dignæ erunt. Et sicut in cambijs prouentus breui tempore valdè crescunt, & summa modico temporis interuallo fit maxima;sic in Tribulationū perpessione accidit; quod innuit Theophilatus illis verbis; Debitorem habeo Christum,nam pro vno cētū,vnde Apost. 2.Cor.4. meritò dixit. *Momentaneum hoc,& leue tribulationis,æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* His duobus veluti principijs ab Apostolo suppositis,ait. *In nullo terreamini ab aduersarijs,quæ illis est causa perditionis,vobis autē salutis*,nā Iustus in angustijs constitutus(quæ veluti imbres è cęlo veniunt)oculis Dei,obiectum delectabile est,adeò q; licet à terra, aquarum torrentes magno impetu in eum irruāt, tamen respectu Iusti,parua est læsio,sed maxima respectu lædētis est,quia ipsemet Deus per Zach 2. dixit, *Qui tāgit vos, tangit pupillam oculi mei*. D.Cyril. Alex. (& quadrat litteræ hebreæ,Caldeæ,& Bibliæ Regiæ)exponit;Qui tangit vos,tangit pupillam oculi sui,hoc est;qui alterū offendit,seipsum lædit, quam veritatem etiam Socrates cognouit,dicēs; Peius est iniuriam facere,quam accipere,ac ob id;Tangit pupillā oculi

Tribulatio donum Dei est.

Tribulari à Deo maius est quam mortuos suscitare.

Chrysostom.

Theophil.

Verba Apostoli denuò consideratione digna.

Tribulationes Christi fruct.

Exemplum.

Applicatio.

Iustus Tribulatus obiectum est oculorum Dei.

Zach 2. Iustus oculi Dei pupilla est

Prima interpratatio.

Alterū lædens prius seipsum lædit. sui quare vir stultus à Iob 5. nuncupatur, *Virum stultū interficit iracundia*, stultus inquam vocatur, quia credēs offendere inimicum; seipsum, ac animæ suę oculos lædit, quia contra Christi præceptum operatur, ideo; tangit pupillā oculi sui.

Socr. Iob 5.

Alia interpretatio. Verum aliter supradicta verba à D. Hieronymo, Theodor. & cōmuniter ab omnibus interpræ̨tantur, videlicet, Is, qui proximum suum lædit, Dei oculos (qui igitur in Iusto fixi sunt) offendit, *Qui manet in me, & ego in eo*, 1. Ioan. 4. & *Qui adheret Deo* (scilicet per gratiam, vt Iustus facit) *Unus spiritus efficitur cum eo*, quare Iustū offendentes: ipsummet Deū lædunt; ita exorabat Dauid ps 116. *Aresistentibus dexteræ tuæ, custodi me, vt pupillam oculi*; sic Deut. 32. de filijs Israel textus ait, *Et custodiuit quasi pupillam oculi sui*, & hoc, quando in deserti solitudine commorabantur. Vnde D. Hieronymus ait Qui sāctos Domini tetigerit, sic est, quasi, qui vexare cupiat pupillam oculi eius, & illum nitatur clara luce priuare, quia vt ipsemet Christus per Psal 90. dixit. *Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum.* Et hæc est causa ni fallor, quòd in toto nouo testamento, Christus nunquam persecutores suos, inimicos vocauit, quippe qui dū in Crucis ligno pendebat, dixit; *Pater ignosce illis*; *illos*, eos vocat, qui eum crucifixerunt. Quòd si scire volumus, quinam sint ij, quos, *illos*, vocat, Dauidem consulamus, qui Psal. 21. hoc mysteriū verbo admodum difficili, declarat, cum dicit; *Longe a salute mea verba delictorum meorum.* Christi verba hæc fuisse D. Ambr. Theodor. Basilius, Remig. asserunt, quæ Altisiodorensis in cō. super Psal. exponit dicens, quod pronomen illud *meorum* non debet referri verbo *delictorum*, vt dicere velit, *delictorum meorū* nam per naturam impeccabilis erat Christus; *Qui peccatum non fecit, neq; dolus inuentus est in ore eius*, sed verba illa sic debere intelligi; *delictorum, meorum*; idest eorum, quos ego amore prosequebar, Ex quo colligitur, quòd tūc tēporis, cum Iudei Christum crucifigebant; eos appellat suos, vt eius summā charitatem, hac persecutione mediante demōstraret. Et si scire cupimus, quomodo sui sint ij, qui eū crucifixerunt, ipsemet per Zach. 13. explicat, nam ab æterno Patre interrogatus:

Dei oculi pupilla est.

D. Hieron.

Christus nunquā persequētes se inimicos vocauit.

Dauidis verba difficilia.

Verborum Dauidis germanus sensus.

gatus; *Quæ sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum?* Respondet; *His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me.* In domo Caiphæ, & Pilati, à suis inimicis fuit afflictus, & tamē dicit; *In domo eorum, qui diligebant me;* nam plagarum, & vulnerum effectus amicorum sunt opera, hanc doctrinā D Bas. in ps. 176 declarauit illis verbis; Et quis est amicus, à quo eam mercedem sperē quā speramus ab inimico? quasi dicat, quomodo talem, ac tantū potero inuenire amicū, qui mihi ea cōferat beneficia, quę meus inimicus mihi præstat? Quā sanè veritatē ipsemet Christus confirmauit, quando Traditor Iudas osculatus est eum, cui dixit; *Amice ad quid venisti?* Iudā Amicum vocat, & Petrum inimicum, quando ei dixit Mat. 8 *Vade retro me Satana* (quod verbū aduersarius interpretatur.) Petrus inquā ille, quē in sui vicariū elegerat, vt S Leo pp. Ser. 3. de S. Petro animaduertit, dicens; De toto mūdo, vnus Petrus eligitur, qui cunctis præponatur, qui tamen inimicus nūcupatus est, & *Iudas fur & latro,* vt Ioan. 12 habetur, illū vocat amicum. Petrum vocat inimicū qui, vt D Amb super Epist. ad Rom. 18. ait, Quasi amoris sui Vicarius erat; Iudam verò, quem Diabolus possidebat, *Cum misisset autē Diabolus in cor Iudæ, & c.* Ioan. 16. amicum vocat. vt certò sciamus, nos inimicos nostros diligere debere, non vt D. Aug. Ser. 168. ait; Hominem dilige, & odio habebis inimicum tibi; idest dilige naturam, sed vitium detestare; immo quia nos persequitur inimicus, hac quippe de causa illum diligere debemus, & huius dilectionis ad amicum, rationē assignat D. Chrys. Hom 18. in Mat dicēs. Noli ergo odisse malū tibi inferentē, sed magis ama, quasi multorum tibi conciliatorē bonorū. Doctrinā hāc, Christi discipulus Stephanus probè didicisse manifestauit qui, licet supra è cęlo Tribulationum, & persecutionū aquis opprimeretur, immo & à terra, non solum Torrētis aquæ, sed ipsiusmet lapides ei dulces fuerunt, nec charitatis ignem, qui in eius corde accensus erat, extinguere potuerunt, quare vt propositi SYMBOLI NORMA dicit.

POTIVS AVGETVR, & ipse dicere poterat; etenim nō solum illum lapidantes, odio non prosequebatur, sed eos diligebat.

Crucifixores, Christus suos vocat.

Basilij doctrina per verba.

Christus suo Iudā amicū, Petrum verò inimicum vocat.

Leo Papa.

Inimici sunt diligendi.

D. Aug.

D. Chry.

Stephanus verus Christi sectator.

Norma declaratur.

Stephani pietas.

bat,& Deus pro ipsis deprecabatur dicens; *Domine ne statuas illis hoc peccatum*, quare Christi præceptum de inimicis diligendis adimpleuit, immò & consilium seruauit; *Orate pro persequentibus vos*. Ita quòd, vt in assumpto THEMATE.

Thema explicatur.
Per Aquas Tribulationes intelliguntur.

AQVÆ *multę nō potuerūt extīguere* CHARITATEM; *Neq;* FLVMINA *obruēt illā*; Per has AQVAS D.Theodor. Tribulationes intelligit (prout superius diximus) at Amoris & Charitatis ignis vis, qui in eius corde latebat tanta fuit, quòd illum extinguere nō potuerūt, quin potius Charitatis illius flāmam augerūt, quare verba psal. 31. de glorioso Protomartyre adimplētur, dicētis; *Verūtamē in Diluuio aquarū multarū ad eū non approximabūt*. Superior tñ his erit (ait D Theodor. super his verbis) atq; potior calamitatibus euadet, iuxtà Apostolicā doctrinā Rom. 8. *In his oībus superamus, &c.* Quā didicisse demōstrauit, dū (vt in textu habetur) *Clamauit clamore valido*.

Psal 31.

Stephanum alloquitur.
Cur Stephanus clamauit clamore valido
Responsio

Liceat mihi q̄so tecū alloqui Stephane gloriose; Cur ad Deū pro lapidātibus te, clamas clamore valido? forsan timebas, ne tuæ voces ad cęlū peruenirēt? aut cęli ianuæ clausæ essēt? aut quod in hoc tuo agone, à Deo esses derelictus? nequaquā; nā vt in Act. Apost. de illo legitur, *Vidit cęlos apertos, & Iesū stātē*, idest in eius auxiliū paratū, sed; *Clamauit clamore valido*, quia peccatū eorū, qui illū lapidabant iā quærimoniā cęlum versus dirigebat, & erat vox magna, quæ ad cęlū clamabat, vt Apoc. 6 habetur; *Et clamabant voce magna, dicētes* (de interfectorū animabus propter verbū Dei sermo erat) *Vsquequo Domine Sāctus, & verus nō iudicas, & nō vindicas sanguinem nostrū de his, qui habitāt in terra?* Præcauēs igitur Stephanus maximum malū, quod suis lapidatoribus imminebat, at ipse, charitatis precibus cōpositis, eas ad cęlū porrexit, verū quia minorem vocem, maior superat, ob id cum, charitas, quā erga suos inimicos habebat, maxima esset, ita ꝙ non solum Aquæ, sed nec Flumina illius amoris ignē extinguere potuerūt, hinc est quod; *Clamauit clamore valido*, adeò quod illius p̄ces exauditæ fuerunt, nā si Stephanus non orasset Ecclesia Paulū non haberet, qui & ipse vnà cum Stephanum lapidātibus aderat, quare; *Gloria, & honore coronatus est*. vt Ecclesia de eo canit.

Apoc. 6.

Stephani oratio efficax:

I M

IN FESTO S. IOANNIS APOSTOLI.

ARGVMENTVM.

De varijs virtutibus Ioannis, sed potissimum de Amore.

Conuersus Petrus vidit illum discipulum quem diligebat Iesus sequentem.
Ioann. XXI.

SYMBOLVM.

VAS auri, varijs preciosis lapillis exornatum, in cuius medio fulgentissimus CARBVNCVLVS refulget.

NOEMA.

CVNCTIS SPLENDIDIOR.

THEMA.

Quasi VAS auri solidum, ornatum omni lapide pracioso. Eccl. L.



VAs Instrumentum est, ad aliquid capiendum idoneum. Humanum cor VAS vtiquè propter illius profunditatem dici potest, sed alio modo peccatoris cor vas dicitur, & Iusti; nam peccatoris cor, vas est, hisce rebus terrenis plenum, at gratiæ plenitudine omnino vacuum: prout è contrà: Cor iusti, gratiæ plenitudine VAS est plenum, & terrenarum rerum prorsus expers, quare, & VAS auri meritò potest nuncupari: Aurum enim inter omnia mundi metalla præciosius est, & Charitatis Symbolum est: nam sicuti auri proprietas est (maximè si perfectum est) quod licet ad minimam subtilitatem reducatur, tamen nunquam sub malleo frangitur, sic Charitas est, quę vsque ad paupertatis martirij, & mor-

Symboli pronunciatur.

Cor humanum vas est.

Auri preciositas.

& mortis tenuitatem reducitur, nec tamen succumbit: vnde D. Augustinus, Charitatis præconia referens sic ait. In Charitate pauper est diues: sine Charitate omnis diues est pauper: In aduersitatibus tolerat: In prosperitatibus temperat: In duris passionibus fortis est: In bonis operibus hilaris est: In tentationibus tutissima: In hospitalitate latissima: Inter bonos fratres lętissima: Inter falsos patientissima. Hæc ille.

Charitatis præconia ex D. Augustino.

Charitas omnium virtutum Regina.

Charitatis virtus igitur, omnem aliam virtutem excedit omnibusque fortior est, & constantior, sine qua ceteræ nihil prosunt, quare mirum non est, si prisci illi Philosophi, quamuis animum aliquibus virtutibus haberent exornatum, tamē eò quia eas in Charitatis Dei auro, fixas non habebant, vasa auri non fuerunt, ac per consequens omni lumine, ac decore priuata Gloriosus Ioannes Apostolus, & Euangelista, qui senio confectus, cum non posset in plura vocem verba contexere (vt in Comment. eiusdem in Epist. ad Galat. scriptum est) illius Charitatis, quam in toto vitæ suæ curriculo dilexerat, non immemor: nihil aliud per singulas solebat proferre collectas: nisi hoc: Filioli diligite alterutrum, quia præceptum Domini est, & si solum fiat sufficit. Quare mirum non est, si Charitate summa erga proximum suum, Ioannes incensus erat, qui toto cordis affectu Deum diligebat & ipse à Christi amore dignus factus est, vnde de eo Ecclesia canit, *Qui priuilegio amoris præcipui, cæteris altius à Deo meruit honorari*, & alibi: *Hic est discipulus ille, quem diligebat Iesus*. Inter per multas alias amoris proprietates, vna est hæc, quòd per Amorem Amans transformat se in rem amatam: Qua stante veritate quid mirum, si Ioãnes à Christo summè dilectus, tanta afflueret Charitate, cum in eo is esset, qui ipsamet Charitas est? Hanc specialem prærogatiuam Regius Psaltes, diuino afflatus spiritu, per multa sæcula ante præuidens, dixit Psal. 67. *Ibi Beniamin adolescentulus in mentis excessu*. Per hunc Beniamin nonnulli Ioannem exponunt, qui verè Beniamin fuit à mystico Iacob Christo valdè dilectus, de quo dictum illud Deut. 33. adimpletur: *Beniamin amantissimus Domini inter humeros illius requiescet*; Domini Iesu Christi aman-

Ioannis Apost. Charitas.

Amoris proprietas.

Ioannes cur à Christo dilectus

Psal. 67. Dauid Ioannis excellentiā prophetat.

Deut. 33.

amantissimus inquàm extitit Ioannes, quia (vt diximus) *Hic est discipulus ille, quem diligebat Iesus*, qui nō inter illius humeros requieuit, sed; *Supra pectus Domini in cęna recubuit*. Pulcherrimæ Rachelis filius erat Beniamin, quæ illū pariēs, mortua est, quare *Benoni*, idest filius doloris mei, fuit ei nomen impositū, vt Gen. 25. habetur; nā eius partus, matris morte mediáte, sequutus est; At pater illius Iacob, altius cōtemplando; *Beniamin*, idest; *filius dexteræ*, illum vocauit. Gloriosus Ioannes mysticam Rachelem, idest Deiparam Virginē in matrem habuit, quæ cū ad Crucis pedem, tūnc peperit, quando à Iesù crucifixo illi dictum est; *Mulier ecce filius tuus*, at dexteræ filius postea extitit, quia loco filij naturalis in Cruce mortui, illum habuit adoptiuū, cui dixerat, *Mulier ecce filius tuus*, deinde discipulo, *Ecce mater tua*. Cuius Beniamin mētis excessus tantus fuit, quod quemlibet alium Apostolorū, immò Patriarcarū, & Prophetarū superauit In vmbra (vt ita dicam) & in figura Patriarchæ, & Prophetæ, de Deo locuti sunt, ac de eius cognitione, at Ioannes, (*qui supra pectus Domini in cęna recubuit*) *Fluenta Euangelij de ipso sacro dominici pectoris fonte potauit* adeò quod, quicquid cęteri omnes ignorauere vigilādo ipse dormiēdo cognouit. & D. Augustini argumentū currit lib. de vid. Deum, dicentis; si Moysi, qui Magister Sinagogæ erat à Deo cōstitutus, tanta diuinæ essentiæ cognitio ei data est; in excellētiori gradu vtiq; eam possidere debebat Ioannes, qui (vt D. Chrys. fatetur) Ecclesiæ Magister fuit. & Rubertus Ab. in 1. Apoc. id ei conuenire affirmauit, quia ipse Aquila illa erat de qua Ezech 17. *Aquila grandis*, &c. quæ mentis suæ oculis ipsum Solem fixum intueri debebat, quare tám elatè intonuit; *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deū &c.* Ioan. 1. Quare aliquot mysteria à cęteris Prophetis, nec non, & ab alijs Euangelistis è cęlo sublata fuisse credendum est, vt Iob 4. habetur; *Porro ad me dictū est Verbū absconditū & quasi furtiuè suscepit auris mea*; at Ioānes quāplurima diuinitatis mysteria è cęlo asportauit de illo fonte bibit qui; *fons hortorum* nuncupatur Cant. 4. quare D. August. tract. 53. in Ioannem ait; Non enim sine causa de Ioanne narratur,

Beniamin quid esset. Gen. 25.

Ioannes Deiparam V. habuit in matrem.

Ioannis sapientia super alios Dei amicos. D. Augustini argumentum.

Ioannes Aquila extitit.

Ioānes omnia mysteria è cęlo ded

ratur, quod in conuiuio supra pectus Domini recũbebat. De illo ergo pectore in secreto biberat sed quod in secreto bibit, manifesto eructauit; Cum igitur esset à Christo summe dilectus Ioannes (& amor reciprocus est) meritò, & ipse Christũ

Amor reciprocus est

toto cordis affectu diligere debebat, pro ut re vera præstitit, nam quamuis omnium virtutum (ceù lapillis præciosi) VAS

Carbunculus amoris symbolum.

istud exornatum esset tamen CARBVNCVLVS, amoris igne fulgẽtissimus cęteros; luce ac splendore superabat; quare conueniens est NOEMA huic SYMBOLO aptatum, videlicet.

Noema declaratur.

CVNCTIS SPLENDIDIOR, quare, sicuti Sol, qui radiorũ suorũ virtute in lapillis præciosis tantũ lucis suæ immittit, quod terra cęlo similis est, vnde Iob 41. dicebat. *sub ipso erunt radij solis*, R. Dauid legit; sub eo erunt Margaritæ, vt Sol splẽdentes. Ità Sol Iustitiæ Christus, in hoc mystico VASE Ioãne, diuinæ gratiæ radijs tantã lucẽ immisit, quòd in omnes Aliæ partes sanctitatis splendor illuxit, at inter alios præciosos lapillos CARBVNCVLVS eximij splẽdoris micabat. Est autem

Effectus Solis materialis, Christus Sol immat. efficit.

Carbunculus quid sit.

CARBVNCVLVS gemma igniti carbonis similitudinem referens, ipsisq; etiam noctibus lucens, de quo Plin. lib. 37 c. 7. ait Principatum habent Carbunculi, à similitudine igniũ appellati; sic Gemma hæc ignita; CVNCTIS SPLENDIDIOR, in VASE animæ Ioannis cõspiciebatur, quæ ab illo igne de quo

Deut 4.

Deut 4. *Deus tuus ignis consumens est*, splendorem suũ traxerat, quare mirum non est si Diocletiani iussu; *In feruẽtis olei dolium missus Beatus Ioannes Apostolus; diuina se protegente gratia illæsus exiuit*, vt Ecclesia canit. Immò purior, & vege-

Tertul.

tior exiuit, quam intrauerit, vt Tertullianus refert; cuius facti tàm præclari, hæc est ratio, quia; ignis ille materialis, qui fer-

Ratio, cur Ioãnes in olei dolio mortuus non est.

uentis olei dolium calefaciebat, ignem diuini amoris in Ioannis corde latitantem, superare non poterat. qui tantæ virtutis extitit, quòd ab elementari igne actiuitatẽ pœnitus abstulit; Neq; conueniens erat quòd Ioannes tunc temporis martyrij

Martyriũ spirituale subire debebat Ioannes.

sui opus perficeret, qui aliud martyriũ iam subierat, & sicuti illud in corpore, ità hoc in anima extitit vt per omnia Christo, qui eum tam valdè diligebat, similis esset; Christus enim martyrium in corpore, & in anima sustinuit; Virgo Deipara in

in sola anima, Sancti Martyres propriè in corpore; At Ioãnes, summè à Christo dilectus, vt manifestaret se Christi verum amatorem esse, tum corporale, tum spirituale Martyriũ sustinuit, & hoc valdè dolorosum extitit, quod tunc passus est, quando Cruci, vnà cum dilectissima matre, astabat. Sed qui fieri potest Ioãn. beatissime. vt dilectissimũ Christũ, cordis, & corporis oculis, intuearis in Cruce pendentẽ, nec aliquod doloris signũ ostendas, cum præ intimo dolore; *petræ scissæ fuit, & Velum Templi scissum est à summo vsq; deorsum?* hæc insensibilia sunt & tamẽ se sensibilia esse, in Creatoris sui morte ob compassionem, demonstrant. Salomon (vt 3 Reg. 6. habetur) domum ædificauit *de lapidibus dolatis, atquè perfectis, & malleus, & securis, & omne ferramentum non sunt audita in domo cum ædificaretur*; quare à nonnullis dubitatum est, quonam modo id fieri posset; quibus (prout in historia scolastica habetur) responderi potest Salomonem, intellectus sui acumine, vermem quendam inuenisse nomine Tamar cuius sanguine, signati lapides, sine fragore, & fremitu frangebantur, & sic lapidibus dolatis, ac perfectis Templũ illud magnificum constructum fuit. Hoc idem Ioanni non solum, sed Deiparæ Virgini euenisse certum est, ambo enim propter animi constantiam tanquam duo lapides iuxta Crucem stabant, & pro Templo cęlestis Ierusalẽ vti principaliores lapides erãt destinati, hi inquã Christi sanguine signati fuere, qui vermis ille est de quo Psal. 21. *Ego sum vermis, & non homo.* quare mirum non est, si absq; fragore eorum corda scindebãtur, & vterq, illorum, passionis Christi sanguine inebriatus erat, vndè Ioannes (vt ea, quę de Virgine Deipara dici possent nũc silentio pertranseamus) sponsæ verba Cant. 2. dicere potuit; *Introduxit me Rex in cellã vinariam suam, ordinauit in me charitatem,* & littera Hebrea habet; Erexit in me vexillum amoris, prout etiam Pagninus legit; Vexillũ eius super me amor; quorum expositio nostro proposito valde quadrat; Metaphora desumpta ab eo, qui naui portum petit, ante castrum pertransiens, vt custodes sciant se amicum esse, in confederationis signum, vexillum album erigit, ij autem qui in arce vigi-

Ioannem alloquitur Author Dubium.

3. Reg. 6.

Salomonis ingenium sublime.

Solutio.

Ioannes Dei amore inebriatus

Cant 2.

Lit. Hebr.

Pagninus.

Simile.

lant, eos amicos esse cognoscentes, tormentum murale emittunt, illosquè magna cum lætitia recipiunt. Cum igitur dilectus Ioannes in cella vinaria sanguinis, in crucis ligno, ab ipsomet Christo effuso, commoratus esset, vbi Beniamin in mentis excessu fuit, tantum bibit, quòd vino amoris erga Christum inebriatus est. Quare pro mercede hac dilectionis vexillum in illo erexit Christus, & fidem publicam ei dedit, ne tormentorum cruciatus amplius in eum præualere possent, & hæc est causa, cur ipse solus cęteris fugientibus, Christum vsq, ad Crucem sociauit; CARBVNCVLVS ignitus igitur amoris eximij erga suum præceptorem præ cęteris virtutibus in eius animo coruscabit, quare, vt NOEMA dicit; CVNCTIS SPLENDIDIOR erat VAS istud, vt in THEMATE.

Cur Ioannes Christum nunquam dereliquit.

QVASI VAS AVRI *solidum, ornatum omni lapide pretioso*. Quare ea quæ Ezechiel in Tyri Regis laudem pronunciauit, nos quoque de Ioanne Christi dilecto, proferre possumus; *Omnis lapis pretiosus operimentum tuum; sardius, topatius, & iaspis, chrysolitus, & onyx, & beryllus, sapphirus, & carbunculus, & smaragdus*; Hæ inquam Christi dilecti virtutes erant, quæ hoc VAS miræ pulchritudinis exornabant, quare subdit; *Aurum opus decoris tui*, vt illius charitatem significaret, quæ sola etiam in patria remanet, Sardij proprietatem habuit Ioannes, qui hominem à fascinatione liberat, nam à Christo vocatus, vnà cum Iacobo fratre, *Relictis retibus, & naui sequuti sunt eum*; idest, huiusce mundi illecebris spretis, totus ad cęlestia mentis suæ oculos direxit. Prætioso Topatio fuit decoratus, qui veluti Topatius, hominibus magna lętitiam attulit Ioannes; immo & ipse Deo, quare in Missa illud Eccl. 45. recitatur; *Dilectus Deo, & hominibus* Iaspide insuper, qui inter pericula facit hominem tutum, insignitus erat Ioannes, nam innumerabilia ferè Trinitatis mysteria manifestauit, quibus Ecclesiam Dei illustrauit, ac quemlibet fidelem sua doctrina in fide confirmauit. Chrysolito, quo terrentur Demones, fuit exornatus Ioannès, nam hæreticos, ac Ebionitas potissimum, qui ipsius Dia-

Noema declaratur.

Regis Tyri laudes Ioanni debentur.

Charitas sola remanet in patria

Ioannes Sardij proprietates habebat.

Topatius erat Ioannes.

Eccl. 45.

Iaspis erat.

Chrysolitus fuit.

boli

boli sunt membra, scriptis insectatus est, Onyx candidus in eo fulgebat illius virginitatem indicans, nam (vt D. Hieronymus con. Iouin. refert) Dum Iesus stabat in littore, nec sciebant Apostoli quem viderent; Solus Virgo Virginem agnoscit, & dicit Petro Dominus est, & vt Ecclesia canit de illo; *Huic matrem suam Virginem Virgini commendauit*; Berilli proprietate præditus erat Ioannes; Berillus enim miro modo confortat; sic post Christi passionem Deiparæ Virginis oculos (cuius filius adoptiuus erat) miro modo confortabat. Saphiro, qui coloris cœlestis est excultus erat Ioannes, qui in Insulam Pathmos à Domitiano relegatus, scripsit Apocalypsim. in qua, (vt testimonium reliquit D. Hieron.) quot verba, tot sunt mysteria & vt Ecclesia canit. *Cui reuelata sunt secreta cœlestia*; Smaragdo, qui gemma viridis est, & translucida fuit decoratus quod spei Symbolum est, nã, vt Ecclesia in quodam responsorio de illo canit. *In illum diem suscipiam te seruum meum, & ponam te sicut signaculum in conspectu meo; quoniam ego elegi te, dicit Dominus.* CARBVNCVLO deniq; (vt diximus) inter alios præciosos virtutum lapillos, coruscabat Ioannes diuini amoris igne intus, & extra incensus, qui post eius relegationem, Ephesum rediens, totas Asiæ (vt D. Hieron. vbi supra) fundauit, rexitquè Ecclesias, quare; *Omnis lapis præciosus operimentum eius*; & *Quasi* VAS AVRI *solidum, ornatum omni lapide præcioso*, Gloriosus Ioannes extitit, quia fuit *discipulus ille, quem diligebat Iesus, cui Christus in Cruce matrem Virginem Virgini commendauit*. Hac igitur stante veritate (post ipsam Deiparam Virginem) quis dubitare poterit, quin dilecti IOANNIS præces, inter alios Sanctos, à Deo facilius exaudiantur? Ad eum igitur, nec non ad Gratiæ diuinæ matrem, toto cordis affectu; vnus quisquè fidelis accedat, vt ipsis intercedentibus peccatorum suorum veniam consequi valeat.

Onyx ext[illegible].
D. Hieron.
Berillo erat ornatus.
Saphiro decoratus erat.
Smaragdi habuit virtutem.
Carbũculo coruscabat Ioannes.
Ioãnes à Christo summe dilectus.
Ioannis præces à Deo exaudiantur.



LN

IN FESTO SS. INNOCENTIVM.

ARGVMENTVM.

De Martirij varietate, & præmio illi debito.

Herodes iratus eſt valde, & mittens occidit omnes pueros &c. Math. II.

SYMBOLVM.

***PALMA**, in qua Regium **DIADEMA** conſpicitur.*


NOEMA.

PRO VOLVNTATE, ACTVS.

THEMA.

Domine, vt ſcuto bonæ voluntatis tuæ, coronaſti nos. Pſal. V.

Symbolū pronunciatur. Palma quid.



PALMA, arbor quædam nobilis eſt, ſic dicta, quod comam in cacumine habeat circum extenſam, & ramos in digitorum modum protenſos, vnde, & fructum eius dactylos, ideſt digitos vocamus, quòd digitorum manus ſimilitudinem referant. De hoc Gel. l. 3. c. 6. Ponitur autem Palma

Palma victoria ſignum.

pro victoriæ ſigno. Plutar. In certaminibus Palmam ſignum eſſe placuit victoriæ, quoniam ingenij eiuſmodi lignum eſt, vt vrgentibus, opprimentibusq; non cedat, vndè Io Apoc. 7. in cœlo Triumphantium victoriam deſcribens, ait: *Et Palmæ in manibus eorum.* CORONA itidem ijs antiquitus daba-

Corona varia genera

tur, qui de inimicis victoriam reportabant. Fuerunt autem apud Romanos diuerſorum generum coronæ, eæq; in magno

Triumphalis.

prætio habitæ; ſcilicet Triumphalis, quæ Imperatoribus poſt

victo-

victoriam ad vrbem redeuntibus ad triumphum mittebatur. Hæc inquam ex lauro prius fiebat, postea ex purissimo auro, varijs lapillis prætiosis contexta facta est. Obsidionalis altera, quam dabat ei, qui conciues ab obsidione liberauerat, quæ ex gramine decerpto erat, nam (teste Plinio) summum apud Antiquos signum victoriæ erat, victos porrigere herbam è terra. Erat & alia Ciuica, quam ciuis ciui à quo seruatus erat in prælio, testem vitæ, salutisquè perceptæ dabat, & hæc ex Quercu erat, quòd ante inuentas fruges, arboris eius glandibus homines victitarint. Muralis erat & altera, qua donabatur ab Imperatore, qui primus murum subijsset, nq; opidum hostium per vim ascendisset; Hæc corona ad incitandos ad opugnationem militum animos, ex auro fiebat. Vallaris, quę & Castrensis dicitur, similiter aurea & ipsa erat, habens insigne valli. Hac donabatur, qui primus hostium castra, pugna introisset; Naualis quoque ex auro contexta erat, quibusdam quasi rostris nauium insignita, qua donari consueuerat qui primus maritimo prælio in nauem hostium vi transilijsset. Oualis demum myrtea erat, qua vtebantur Imperatores qui deuicto ouantes introibant ciuitatem. Hac postrema; *Innocentes pro Christo infantes occisi sunt ab iniquo Rege lactentes interfecti sunt* (vt Ecclesia canit) coronati fuere, adeoquod vnicuiquè eorum Regij Psaltis verba aptari possunt; *Posuisti in capite eius coronam de lapide prætioso*. Psal. 20. nam martyrio coronati sunt. Et pro huiusce veritatis confirmatione, doctrinam Petri de Palude in 4. Sent obseruare debemus, dicentis; Quòd puer in matris vtero existens martyrizari potest, & subdit, quòd mulier prægnans pro Christo interfecta vnà cum prole est martyr, licet baptizatus non sit, nā; Triplex est baptismus fluminis flaminis, & sanguinis. Baptismus fluminis, idest Spiritus Sancti, de quo Act 1. *Vos autem baptizabimini Spiritu Sancto*, & is est, quando aliquis habet propositum suscipiendi baptismum modo debito, si facultas dabitur, & non per negligentiam, vel contemptum illū dimittit, sed quia non valet ipsum attingere, ideò talem defectum, virtus Spiritus Sancti, supplet. De Consecr, d. 4. cap. Baptismi

Obsidionalis.

Ciuica.

Muralis.

Vallaris.

Naualis.

Oualis.

Innocētes, qua corona honorati fuere.

Petr. de Palu. 4. Sent.

Baptismus triplex.

Bapt. flaminis quid.

tismi vicem, &c & baptismus iste valet solum adultis, vsum rationis habentibus. Secundus dicitur fluminis, idest aquæ, de quo Ioan. 3 *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei*, & iste Baptismus in fide Christi ab Ecclesia suscipitur, & delet culpam, & pœnam, gratiamq; confert, & iste adultis & paruulis datur. Tertius dicitur sanguinis, idest Martyrij de quo Luc. 12. *Baptisma autem habeo baptizari, et quomodo coarctor vsq; dum perficitur*. Et iste Baptismus sanguinis est, quando quis etiam non baptizatus aqua, pro Christi fide martyrium patitur, sicut Innocentes pro Christi fide ab Herode interfecti, vt Mat. 2. habetur; & iste baptismus delet culpam, & pœnam; & non solum adultis, verum etiam paruulis proficit, quando ob Christianæ fidei protestationem quam tenebant eorũ parentes, occiduntur, secundum Theologos, quare supracitati Doctoris sententia; ex dictis, verà apparet, ac ob id corona gloriæ insigniti, Palmam in signum victoriæ iam habitæ, meritò tribuendam esse asserimus, vt in Symbolo habetur, cui conueniens est NOEMA, quod est.

Baptismus fluminis quid.

Baptismus sãguinis quid.

Innocentes quo baptismo baptizati fuere.

PRO VOLVNTATE, ACTVS. Fuerunt enim Martyres SS. Innocẽtes licet non propriè. Martyr enim idem est quod testis Christi. Ipsi autem non loquendo, sed moriendo confessi sunt. Fuerunt enim Martyres actu, non voluntate; Voluntate autem non actu fuit Martyr Ioãnes Euangelista, sed proprijssimè actu, & voluntate, vt Stephanus. Vnde ordinantur festa istorum trium secundum maiorem, & minorem dignitatem; quia enim dignius est esse Martyrem actu, & voluntate, quam volũtate solũ, ideò festum D. Stephani, B. Ioannis Euangelistæ festum antecedit; quia etiam plus est esse martyrem voluntate, quam actu, & non voluntate, ideò Ioannis festum illud Innocentium præcedit. Multis autem de causis fit Martyr. Pro iustitia occisus, vt Abel; pro lege, vt Machabei; pro Ecclesiæ libertate, vt Thomas Cant. pro assertione veritatis, vt Hieremias, & Esaias; pro argutione peccati, vt Ioannes Baptista, pro totius mundi salute; Christus [illegible] Martyrum; pro Christi fide, vt Laurentius,

Noema declaratur.

Martyr quis dicatur.

Martyriũ triplex.

Festorum ordo secundum dignitatem.

Martyriũ datur multis de causis.

pro

pro Christo, vt Innocentes; Quare meritò dicitur, vt Noema habet; PRO VOLVNTATE ACTVS; intellige, vices gessit, ac per consequens, cuilibet eorum PALMA in signum victoriæ iam habitæ, & CORONA, quæ præmium accidentale martyrio nec non, & eorum virginitati debitum, innuebat omnes decorari fuere, qui tum essentiale, tum accidentale præmium hoc habitum, ex Dei immensa clementia prouenire certo scientes, præassumpti THEMATIS verba proferre potuerunt, corde, & ore canentes.

Palma, & Corona Innocentibus debita.

Domine, vt SCVTO bonæ voluntatis tuæ CORONASTI nos. SCVTVM enim, vt in Fer vj. Cinerum nostri Quadrag. typis excussi, diximus; armorum genus est, quo pugnantis corpus tegitur, ne ab inimicorum ictibus feriatur; Ita sanè Deus suæ protectionis, & gratiæ Scuto, Iustos omnes à Diaboli, & Tyrannorum ictibus defendit, prout Innocentes ab iniquo Rege lactentes, occisi; eos à Diaboli potestate eripuit, & ad cęlorum regnum perduxit; nam Dei clypeo, hoc est diuina protectione, veluti SCVTO fortissimo muniti omnes Inimicorum suorum ictus, illæsi euaserunt; nam vbi nos legimus ps. 13. *Dominus protector meus.* D. Hieron. ex Hebreo vertit; Scutum meum. Præsto enim est Deus, his qui recto sunt corde, & qui tẽpore tribulationis ad eum pio mentis affectu confugiunt, quod experimento didicerat sępè, ac sępius Regius Psaltes, à quo pręsẽtis Thematis verba sumpsimus, & mysterium hoc explicat illis verbis: *Bonæ voluntatis.* Bona voluntas animi prõptitudinẽ significat ab alicui subueniendũ. S. Cyr. Alex lib 9 in Ioan. c. 48. vult ꝙ pro hac bona voluntate intelligatur Spiritus Sanctus, de quo Dauid Deum exorabat ps. 50. *Et Spiritum Sanctum tuum ne auferas à me.* Id, quod primo de Spiritu Sancto refert Moyses in principio suæ historiæ, est hoc, *Spiritus Domini ferebatur super aquas.* Gen. 1 quibus verbis eius leuitatem, & velocitatem innuit, & textus Hebr. secundum Caietanum, ait, quod volabat super aquas; Et Spiritus Eloym volans super aquas. Ex quibus colligere possumus summam ipsius Dei clementiam, qua Iustis subuenit, eis Spiritus Sancti dona celeri cursu elargiẽdo.

Thema explicatur.

Scutũ quid sit.

Scutũ Dei protectionẽ innuit

Bona voluntas quid sit Cyrilli Alex. opinio.

Littera Hebrea.

Hac igitur promptitudine, qua Deus Iustis subuenit, explicata, subdit; CORONASTI NOS, quod ad præteritum tempus spectat, vt Ambros. Augu st. & Theodor. & Bas legunt; at Caietanus, Genebrar. & alij quamplures in tempore futuro habent; Coronabis, Quorum opiniones facilè conciliari possunt, si vitæ præsentis tempus, & futuræ attendamus. In præsenti vita vtique, in elapso tẽpore legere possumus: *Coronasti*, idest circumuallasti, & muniſti, quasi corona militum, ait Remigius, etenim Dei protectio circa iustum, dum viuit, est tanquã Corona, quæ illius caput circundat; Hoc inquam dicendi modo ipsemet Diabolus vsus est, cum de Iob Deum alloquebatur, dicens; *Non ne tu vallasti omnem substantiam eius?* Iob 1. Nullus enim est ad iustum expugnandum additus; In futura vita vtiquè alter sensus accommodari potest, in futuro videlicet; *Coronabis nos*; Scutum est Dei bona voluntas in hac vita (ait Vgo Cardin.) & in altera, corona est. In hoc mundo protegit, in paradiso coronat. Supradicti Thematis verba igitur valdè conuenire SS. Innocentibus, ex dictis manifestum est; Immò iuxta Vgonis Card. glosam, Infantes illi pro Christo interfecti dicere potuerunt; *Domine tu coronasti*; idest, circundedisti nos bona voluntate tua, vt Scuto. Ac si dicere voluissent; Domine tua gratia præueniente, ac concomitante, veluti SCVTO, nos omni ex parte muniſti, adeò quòd non solum à peccatorum vulneribus nos protexisti, verum etiam ab æterna morte animas nostras eripuisti. Hunc sensum ex Apostolicis verbis Rom. 7. decerpere possumus, dicentis; *Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* à morte inquam, & à suis militibus, hoc est à peccato, & ab illius appetitu, vndè subdit; *Gratia Dei per Iesum Christum.* Qua quidem gratia mediante SS. Innocentes Martyres gloria, & honore coronati sunt.

Declaratio verborum coronasti nos.
Duplex sẽsus.
Regius.
Iob. 1.
Vgo Card. expositio.
Quid Innocentes dicere poterant.
Rom. 7.



DOMINICA INFRA OCTAVAM NATIVITATIS DOMINI.

ARGVMENTVM.

De Christo signo, cui multi contradicunt.

Ecce positus est hic in ruinam, et in resurrectionem multorum in Israel, & signum cui contradicetur. Luc. II.

SYMBOLVM.


HOMO, qui SAGITTAM ad lapidem dirigens; repercussa illum ferit.

NOEMA.

NON DEEST VOLVNTAS.

THEMA.

Posuit me, quasi SIGNVM ad Sagittam. Thren. iij.



AGITTARIVS is dicitur, qui Sagittas ex Arcu emittit; Hominem peccatorem Sagittarium hunc esse, Regius Psal. testatum reliquit illis verbis psal. 58. *Dentes eorum arma, & Sagittæ*, qui pro tot, ac tantis beneficijs à Christo receptis, à praue voluntatis suæ arcu sagittas aduersus cęlum iugiter emittit, illũq; (pro suis viribus) vulnerare nititur, dum peccatum peccato adijcit, qui pronus ab adolescentia sna ad malum, à voluntate, tãquam ab arcu, cogitationum, verborũ, & operum sagittas, ferro, & pennis malitiæ, & iniquitatis armatas, sursum dirigit, omnibusq; viribus suis adhibitis in Christum, veluti in signum, cui cõtradicere studet, eius præcepta contemnendo, dirigit; dum castitatem in lasciuiam; misericordiam in auaritiam; mansuetudinem in atrocitatem

Symbolũ prænunciatur. Homo peccator sagittarius dicitur.

Hominis ingratitudo.

commutat. Christus igitur *Positus est in signum, cui contradicetur*. Sed ad vberiorem huiusce Signi cognitionem, obseruandum est, quòd signum tripliciter accipitur; Aliquando enim pro significatione vt rerum venalium signum est, idest significatio venalitatis mercium; Aliàs signum pro miraculo sumitur, vt Act. 6. *Faciebant prodigia, & signa multa in populo*, idest miracula; Demum pro vexillo signum accipitur, nam huiusmodi vexilla, quæ in bello deferuntur, signa dicuntur, quia signant, idest discernunt milites vnius partis à militibus partis aduersæ. De prima acceptione dicit Glosa; *In signum*, idest in Euangelium; Euangelium enim signum dicitur, idest significatio, quia Euangelica doctrina; *Signum est metuentibus, vt fugiant à facie arcus*, videlicet iræ Dei: vnde Psal 59. *Dedisti metuentibus te significationem*; vt fugiant à facie Arcus. De secunda signi acceptione, eadem Glosa ait; Omnia, quæ de Christo narrantur sunt signum, quòd natus est de Virgine, quòd resurrexit, quòd clausis ianuis intrat, cui signo ab Infidelibus contradicitur. De tertia item acceptione, Glosa ait: Specialiter signum est fides Dominicæ Crucis, cui vbiquè contradicitur ab Infidelibus, vt Act. vlt. dicitur Paulo; *Huic sectæ vbiquè contradicitur*. Verum hæreticorum, & Infidelium perfidiam silentio prætereuntes, ad Christi fideles, qui ipsiusmet Christi sanguine fuere redempti, sermo noster conuertitur, nam Christo signo multis modis in die contradicere audent Christiani. Nobis fidelibus inquam Christus in signum positus est, multis in locis. At primo in præsepio positus, iuxta id quod Luc 2 scriptum est; *Et hoc vobis signum* (dixit Angelus ad Pastores) *Inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio*. *in signum* inquam paupertatis, quia; *Non erat ei locus in diuersio*; *in signum* obedientiæ, quia; *Factus est obediens vsq; ad mortem*; In signum dilectionis demum, nam vbi nostra lectio habet, *Apparuit benignitas, & humanitas saluatoris, &c* ad Tit 3. littera Greca legit; Apparuit amor hominum. In Iordane, dum à Præcursore baptizari voluit datus est nobis *in signum* humilitatis Christus, non enim ex neces-

Signum tripliciter accipitur.

Glosa.

Euangeliũ signum dicitur.

Glosa.

Glosa.

Fideles Christo signo cõtradicunt

Christus ĩ præsepio signum fuit paupertatis obedientiæ, & dilectionis.

Greca littera

necessitate ibi voluit baptizari, sed vt nobis humilitatis daret exemplum (alijs causis pro nunc omissis) propterea Mat. 11. dicebat. *Discite, à me quia mitis sum, et humilis corde.* In deserto Christus nobis *in signum* magnæ abstinentiæ nobis positus est, in quo *ieiunauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.* Mat. 4. *vt quemadmodum ipse fecit, & nos faciamus.* In prætorio nobis datus est *in signum* patientiæ; nam cum ibi à Iudeis malediceretur, non maledicebat, & cum pateretur ibidem flagellationem, & coronationem, tamen non comminabatur, *nec aperuit os suum, & sicut ouis ductus est ad occisionem.* In Caluario Monte *in signum* charitatis positus est, ibi enim pro nobis moriendo, facto, & opere nobis ostendit quanto amore nos prosequebatur, vt meritò tūc dicere potuit illud Apost. 1 ad Cor. 15. Morior propter gloriam vestram fratres, de quo signo figuratiuè Moysi nu 21. ei m dictum est *Fac Serpētem eneum, & pone eum pro signo.* *In signum* quietis & pacis in Sepulchro Christus nobis positus est, de quo ipsemet Iudeos alloquens Mat 12. dixit. *Generatio mala, & adultera, signum quærit, & signum non dabitur ei; nisi signum Ionæ Prophetæ; Nam sicut Ionas, &c.* quod quietis, & pacis signum fuit. *In signum* Amoris præcipui in Eucharistiæ Sacramento nobis fidelibus se dedit Christus, qui seipsum dedit, vt Ioan. 6 dixit. *Caro mea verè est cibus, & Sanguis meus verè est potus*, quòd eximij amoris sui erga nos summum argumentum fuit. Demum in rememorationis signum in Cruce, sancta mater Ecclesia nobis fidelibus iugiter ob oculos ponit, ipsa enim salutis nostrę signum præclarum est, de quo Cōstantino voce è cęlo delapsa dictum est; In hoc signo vinces. Sed heù proh dolor, quot sunt ex fidelibus, qui non ex ignorantia sed ex malitia huic signo, contradicere nituntur, qui vel nollent, quòd Deus eorum culpas videret, aut nesciret, aut negligeret; his inquam velut sagittis ab illorum iniqua voluntate, velut ab arcu emissis, quas Deum vulnerare student, quare, conueniens est NOEMA huic Symbolo appositum, quod est.

NON DEEST VOLVNTAS, intellige, Deum offendendi, nam

In Iordane signum fuit humilitatis Christus.

Christus in deserto signum abstinentia.

In prætorio patientia signum fuit Christus.

In Caluario signum charitatis fuit Christus.

Pacis signum fuit in Sepulcro Christus.

In Eucharistia Christus amoris signum est.

Christus in cruce memoria signum est.

Hominis nequitia.

Noema declaratur.

D. Aug. doctr.

nam iuxtà D. Augustini doctrinam; Peccatum, ideò peccatū, qui voluntarium, & est omnium Theologorum firma conclusio: Ità D. Ambrosius ser. de bea. vi. Nemo nostrum tenetur ad culpam, nisi propria voluntate deflexerit. D. Isidor. in solil. ait; Tale erit opus tuum, qualis erit intentio tua: D. Bernar: ser. 3. Resur. ait; Cesset voluntas tua, & Infernus nō erit; In quem enim ignis ille nisi in propriam voluntatem? & vt breuibus verbis hāc doctrinam infallibilem esse certò sciamus, dicimus quòd nisi peccatum esset voluntarium, nō esset peccatum, neque veram culpæ rationem haberet. Quare nullus est, qui peccatorum pondere sit grauatus, cuius excusatio admittatur, quare dicere haud potest; Caro hæc est in causa propter fomitem iam contractum, vt peccem, non enim ab illius illecebris possum mè defendere, nam hoc esset primū parentem imitari, qui dixit; *Mulier quam dedisti mihi in sociam dedit mihi, & comedi*; neque alius dicat; *Serpens decepit me;* sicut Eua quasi in Diabolum culpam retorquens, quin potius in seipsum culpam quilibet reijcere debet, quia nec caro, nec Diabolus, neque omnes mundi potestates, voluntatem nostram cogere possunt, neque menti nostræ vim aliquam inferre, immò nec ipsum Deum de potentia ordinaria nostram cogere potest voluntatem, quòd si illa cogeret, homo non esset homo, nam intantum homo est homo inquantum libero arbitrio fruitur, Ex quo colligi potest, quòd quilibet peccator, dum peccat, Christum sibi amicissimum, quātum in se est, occidit, qui licet immortalis sit, & impassibilis, tamen ipsum (si fieri posset) peccando occideret, quare verum ast Noema, quòd homo aliquod mortale crimen cōmittens, ei NON DEEST VOLVNTAS eum interficiendi, quare iustè de vnoquoque peccatore queri potest, & dicere vt in THEMATE.

Peccatum est voluntarium
D. Ambr.
D. Isidor.
D. Bern.

Peccator inexcusabilis est.

Deus non cogit hominē ad peccatum.

Quomodo peccator quātum in se est occidat Christum.

Posuit me quasi SIGNVM ad Sagittam. Etenim paupertatis Signo à Christo ostenso, omnes ferè fidelium status contradicunt, nam omnes cupiunt diuites fieri; at præ cæteris diuites auari, vsurarij, & simoniaci, qui magis diligunt numos, quàm Deum, Dauidis consilium contemnentes, dicentis

Thema explicatur.
Fideles Christo Signo in omnibus contradicunt.

centis Psal. 61. *Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere*, Sed horum auiditatem attendens, eos, diuitiarum viros, nominat. Prout & obedientiæ Signo, quâ Christus nos verbis, & factis docuit, contradicere nituntur fideles eius mandata, & legem contemnentes; quare Dauidis dictum Ps. 13. hisce temporibus verum apparet, dicentis; *Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt; non est qui faciat bonum, non est vsquè ad vnum*. Sicuti & dilectionis signo nobis in præsepe præstito, nostra carne indutus Christus, vt eum diligeremus, nam Similitudo est causa amoris; & inquam contradicere nituntur homines, illius sanctissimum corpus, & sanguinem blasphemantes, & conculcantes, vnde quærebatur Dauid Ps. 37. *Retribuunt mala pro bonis*. Pro humilitate superbiam, pro abstinentia crapulas, & ebrietates, pro patientia impatientiam, pro charitate odium, pro quiete rixas, pro amore odium, & pro memoria beneficij illius summi, quod nobis per Crucem ad memoriam reuocatur, obliuionem rependimus, & sic omni ingratitudinis, & nequitiæ nota maculati, omnibus modis quo possumus, Christo Signo, contradicere nitimur, qui pius, & misericors; dissimulat peccata nostra propter pœnitentiam; Quod si impœnitentes ex hac vita decesserimus, idem sanè vnicuiquè peccatori eueniet, quod & illi qui Sagittam ad lapidem dirigit, quæ repercussa, illum percutit, & interficit. Christus Petra hæc est, hoc inquam nomine vocatus 1. Cor. 10. *Petra autem erat Christus*; dum viuimus, quia nos ad pœnitentiem expectat, sua pietate, sic operatur, ne peccatorum nostrorum Sagittæ repercussæ nos occidant, at mortis tempore, nisi pœnitentiam egerimus, vel saltem perfectè de perpetratis culpis doluerimus, Sagittas potentis acutas, cum carbonibus desolatorijs, à mortis vase extractas in nos Christus diriget, quæ æternum nobis infligent mortem. Hanc inquam, propter peccatorum meorum multitudinem, ego infelix peccator præ cæteris pertimesco pijssime Domine mi quæ tot, ac talia sunt, quòd nisi de tua misericordia confiderem, millies desperassem.

Diuitiæ contemnendæ.

Fidelium inobedientia.

Christum odio prosequuntur fideles.

Fidelium ingratitudo.

Christus misericors nos ad pœnitentiam expectat.

Simile.

Applicatio.

Auctoris, humilis confessio, & precatio.

Eia ergo clementissime IESV, secundum magnam mi-

fericordiam tuam, nec non per illum præciosum sanguinem, quem pro me in Crucis ligno effundere dignatus es, vt omnes iniquitates meas abluas, & in me miserum, & indignum, humiliter veniam petentem respicias, supplex oro; Ne permittas (te deprecor) quòd tantus labor pro me in Cruce passus, propter scelera mea, sit cassus, & in hora exitus mei, sanguinis effusi guttam inter iudicium tuum, & animam meam, vt ponas, te ex ro, nunc verò; recognosce (obsecro) quòd tuum est, & alienum absterge, vt cum Regio Psalte, quem secutus sum errantem, illum sequens pœnitentem, simul cum eo dicere possim; *Misericordias Domini in æternum cantabo*. Quòd pro ineffabili sua pietate, mihi, & omnibus fidelibus cócedat; qui cum Patre, & Spiritu Sancto viuit, & regnat Deus, in sęculorum sęcula. Amen.

Psal. 88.

Laus DEO DEIPARÆq; Virgini.



